

DAD AUTOMÓVIL  
CIÓN GENÉTICA

OMOLOGÍAS  
EL DE BOL

BR63  
.D8  
1876-77  
V.1  
c.1

10043



1080021817

LITER PARAT TVVM

ALERE LAMMAM  
VERITATIS

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



SELECTA  
NOVA  
EX PATRIBUS LATINIS.  
EXARATÆ  
DE EIS QUAS IN LUCEM DEDIT  
M. FR. DUBNER,  
ET  
CUM ALIQUIBUS EORUM  
NOTIS EXORNATÆ  
TOM. PRIM.

AD MOST. SEM. USUM

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS  
LEON.

IN TYPGRAPHIA J. M. MONZON  
M. DCCCLXXVI.

Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

46415

BR63

D8

1876-77

v. 1

c.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS



HE



FON  
VALVERDE Y ELLEZ

## PROEMIUM.

Dicere solebat vetus quidam philosophus, familiam meam antepono mihi, patriam familie, genus humanum patriae. Verus philosophus addere debet rebus omnibus, Deum antepono et super omnia diligo; siquidem ad civilem aliamque societatem ullum principium vim habere non potest nisi accedat quoque divinae obligationis motivum, licet enim aliqui esse possent rarioris meliorisque indolis homines qui ad societatis utilitatem, sui ipsius amorem obtemperent, experientia tamen quotidiana notum est, quam unice sese diligant, plerique homines suntque non cives boni, neque ullo modo alii, sibique vere boni. Ad hoc enim societatis principium tantam vim habere debet, ut magnam hominum partem in suo officio continere possit ac debeat. Ad hoc autem quis dubitare possit efficaces esse cognitiones quae ab initio à Sanctis patribus sunt traditae, et in praesenti opere positae, et ideo ad juniores erudiendos aptae. In his, solide erga Deum, homines et seipsum officia inculcantur, sine quibus societas corruit; si enim tollitur obligatio divinae voluntatis, jam quolibet criminum genere sese inquinare homines, dummodo criminis notam et poenam possent effugere; si enim negligenda est

010043

IV.

virtus seu hominum moralitas, jam non solum de virtute et ratione, sed de universa eorum societate, atque felicitate desperadum est, et conclamandum, quid actum erit.

Deus homines suae miseriae et felicitatis capaces effecit, illam autem felicitatem non quae in fluxis caducisque bonis posita est, sed in veris et numquam peritris bonis sanctaeque vitae divitiis, quarum principia abunde in his selectis inventiuntur et quarum utilitas jam perspicua est. Etenim si dum Deus timemus, aeternaque exhortescimus supplicia, peccamus tamen, terraque implet proh dolor! tot criminum genera, quid si nulla morum regula, vindictae nulus timor? Jam invidiae homines tormentum agitabit ira, odio, bello exardescere omnia, undique caedes, undique flagitia. Nullusque fere beata et felice vita frui poterit, nisi ad hoc sit aliquod impulsus hominum facultatibus, itaque ex ipsa hominum natura, manifeste consequitur supremam necessariam que legem naturalem atque divinam, homines populosque omnes habere, ut ipsos in suo officio contineant, et vere beatos efficiant. Necessitatem hanc confitentur ipsi perversissimi, quoque morum doctores seu potius corruptores. Hoc persuasum nobis fuit, simul et intentio, ut in latinitate juniorum nostros versentur, cum in lucem eddere rursus, has patrum selectas decrevimus, et en, hujus nostrae editionae ratio.

CATECHISMUM

SANCTI AGUSTINI.

QUOD MODUM BREVEM, ALIQUEM RUSTICUM  
ERUDIENDI OSTENDIT; PROUT SIC LOCI,  
TEMPORISQUE CIRCUNSTANTIAE POSTULANT.

1. Faciamus aliquem venisse ad nos, qui vult esse christianus, et de genere quidem idiotarum [1] non tamen rusticorum, sed urbanorum, quales apud Carthaginem plures experiri te necesse est; interrogatum etiam utrum propter vitae praesentis aliquod commodum, an propter requiem quae post hanc vitam speratur, christianus esso desiderat. Propter futuram requiem, res-

(1) IDIOTA, hoc verbum, hominem absque instructione denotat, quicumque ille sit et ubi-  
cumque moret.

IV.

virtus seu hominum moralitas, jam non solum de virtute et ratione, sed de universa eorum societate, atque felicitate desperadum est, et conclamandum, quid actum erit.

Deus homines suae miseriae et felicitatis capaces effecit, illam autem felicitatem non quae in fluxis caducisque bonis posita est, sed in veris et numquam peritris bonis sanctaeque vitae divitiis, quarum principia abunde in his selectis inventiuntur et quarum utilitas jam perspicua est. Etenim si dum Deus timemus, aeternaque exhortescimus supplicia, peccamus tamen, terraque implet proh dolor! tot criminum genera, quid si nulla morum regula, vindictae nulus timor? Jam invidiae homines tormentum agitabit ira, odio, bello exardescere omnia, undique caedes, undique flagitia. Nullusque fere beata et felice vita frui poterit, nisi ad hoc sit aliquod impulsus hominum facultatibus, itaque ex ipsa hominum natura, manifeste consequitur supremam necessariam que legem naturalem atque divinam, homines populosque omnes habere, ut ipsos in suo officio contineant, et vere beatos efficiant. Necessitatem hanc confitentur ipsi perversissimi, quoque morum doctores seu potius corruptores. Hoc persuasum nobis fuit, simul et intentio, ut in latinitate juniorum nostros versentur, cum in lucem eddere rursus, has patrum selectas decrevimus, et en, hujus nostrae editionae ratio.

CATECHISMUM

SANCTI AGUSTINI.

QUOD MODUM BREVEM, ALIQUEM RUSTICUM  
ERUDIENDI OSTENDIT; PROUT SIC LOCI,  
TEMPORISQUE CIRCUNSTANTIAE POSTULANT.

1. Faciamus aliquem venisse ad nos, qui vult esse christianus, et de genere quidem idiotarum [1] non tamen rusticorum, sed urbanorum, quales apud Carthaginem plures experiri te necesse est; interrogatum etiam utrum propter vitae praesentis aliquod commodum, an propter requiem quae post hanc vitam speratur, christianus esso desiderat. Propter futuram requiem, res-

(1) IDIOTA, hoc verbum, hominem absque instructione denotat, quicumque ille sit et ubi-  
cumque moret.

pondisse: tali fortasse a nobis instrueretur  
alloquio.

### Primi parentis peccatum: nostraque Redemptio.

2. «Vere, frater, illa magna et vera beatitudo est, quae in futuro saeculo sanctis promittitur. Omnia vero visibilia transeunt, et omnis hujus saeculi pompa et deliciae et curiositas [2] interibunt, et secum ad interitum trahunt amatores suos. A quo interitum, hoc est poenis sempiternis, Deus misericors volens homines liberare, si sibi ipsi non sint inimici, et non resistant misericordiae Creatoris sui, misit unigenitum Filium suum, hoc est, Verbum suum aequale sibi, per quod condidit omnia. Et manens quidem in divinitate sua, et non rece-

[2] CURIOSITAS, id est vehemens propensione omnibus delitiis, vel rebus inutilibus se tradendi.

dens a Patre, nec in aliquo mutatus, assumendo tamen hominem, et in carne mortali hominibus apparendo, venit ad homines: ut quemadmodum per unum hominem qui primus factus est, id est Adam, mors intravit in genus humanum, quia consensit mulieri suae seductae a diabolo, ut praeceptum Dei transgrederentur; sic per unum hominem, qui etiam Deus est Dei Filius, Jesum Christum, deletis omnibus peccatis praeteritis, credentes in eum omnes in aeternam vitam ingrederentur. [2]

De D. N. I. Christi incarnatione, Prophetiae et figurae: adimpletio earum quae ad ecclesiam catholicam pertinent.

3. Omnia enim quae nunc vides in Eccle-

[2] Rom. V, 12 à 19.

sia Dei et sub Christi nomine per totum orbem terrarum, ante saecula jam praedita sunt; et sicut ea legimus, ita et videmus; et inde ædificamur in fidem. Factum est aliquando diluvium per totam terram, ut peccatores delearentur: et tamen illi qui evaserunt in arca, sacramentum futurae Ecclesiae demostrabant, quae nunc in fluctibus saeculi natat, et per lignum crucis Christi a submersione liberatur. Praedictum est Abrahamae fidei servo Dei, uni homini, quod de illo esset populus nasciturus, qui coleret unum Deum inter ceteras gentes quae idola colebant: et omnia quae illi populo ventura praedicta sunt, sic evenerunt ut praedicta sunt. Prophetatus est in illo populo etiam Christus rex omnium sanctorum et Deus venturus ex semine ipsius Abraham secundum carnem, quam assumpsit, ut omnis etiam filii essent Abrahame, qui fidem ejus imitarentur; et sic est factum: natus est Christus de Maria virgine, quae

ex illo genere fuit. Praedictum est per Prophetas quod in cruce passurus esset ab eodem populo Iulæorum, de cuius genere secundum carnem veniebat, et sic est factum. Praedictum est quod resurrecturus esset, resurrexit: et secundum ipsa predicta Prophetarum ascendit in coelum, et discipulis suis Spiritum sanctum misit. Praedictum est non solum a Prophetis, sed etiam ab ipso Domino Jesu Christo, quod Ecclesia ejus per universum orbem terrarum esset futura, per sanctorum martyria pasionesque disseminata; et tunc praedictum, quando adhuc nomen ejus et latebat gentes, et ubi notum erat irridebatur: et tamen in virtutibus miraculorum ejus, sive quae per se ipse, sive quae per servos suos fecit, dum anuntiantur haec et creduntur, jam videmus quod praedictum est esse completum, regesque ipsos terrae, qui antea persequerantur christianos, jam Christi nomini subjugatos. Praedictum est etiam

quod schismata et haereses ex ejus Ecclesia essent exiturae, et sub ejus nomine per loca (4) ubi possent suam, non Christi, gloriam aquiesciturae; et ista completa sunt.

## Universale judicium.

### corporisque resurrectio.

4. Numquid ergo illa quae restant non sunt ventura? Manifestum est quia, sicut ista praedicta venerunt, sic etiam illa ventura sunt: quaecumque tribulationes justorum adhuc restant; et judicii dies, qui separabit omnes impios a justis in resurrectione mortuorum; et non solum eos qui sunt extra Ecclesiam, sed etiam ipsius Ecclesiae paleas, quas oportet [5] usque ad novissimam ventilationem patientissime su-

(4) PER LOCA, id est, omnibus locis.

[5]. Quac oportet ut.

fferat, ad ignem debitum segregabit [6] Qui autem irrident resurrectionem, putantes quod caro ista, quia putrescit, resurgere non potest, ad poenas in ea resurrectuvi sunt: et ostendet eis Deus quia qui potuit haec corpora facere antequam essent, potest ea in momento restituere sicut erant. Omnes autem fideles regnaturi cum Christo, ita resurgent in eodem corpore, ut etiam commutati mereantur ad incorruptionem angelicam: ut fiant aequales Angelis Dei, sicut Dominus ipse promisit (7); et laudent eum sine aliquo defectu et sine aliquo fastidio, semper viventes in illo et de illo, cum tali gaudio et beatitudine, quali nec dici nec cogitare ab homine potest.

(6) Segregabit ad ignem, vel mitens in ignem.

(7) Luc. XX, 36.

Diaboli tentationes,  
medium eas vitandi, quomodo  
Deo placere possumus, vitam  
sanctam ferre, et justorum  
**coronam** consequi.

5. Tu itaque credens ista, cave tentationes (quia diabolus quaerit (8) qui secum pereant:) ut non solum per eos qui extra Ecclesiam sunt, sive pagani, sive Julaei, sive haeretici, non te hostis ille seducat; sed etiam quos in ipsa Ecclesia catholica videris male viventes, aut immoderatis voluptatibus ventris et guturis, aut impudicos, aut vanis curiositatibus vel illicitis deditos, sive spectacularorum, sive remediorum aut divinationum diabolicarum [9].

(8) *Quaerit homines.*

[9] *Diabolicarum, hoc verbum, duabus sustentibus, divinationum et remediorum modificationem adhibet,*

sive in pompa et tipho avaritiae atque superviae, sive in aliqua vita quam lex damnat et punit, non eos imiteris: sed potius conjugaris bonis, quos inventurus es facile, si et tu talis fueris: ut simul colas et diligatis Deum gratis: quia totum praemium nostrum ipse erit, ut in illa vita bonitate ejus et pulchritudine perfruamur. Sed amandus est, non sicut aliquid quod videatur oculis; sed sicut amatur sapientia et veritas, et si quid aliud tale dicitur: non quemadmodum sunt ista in hominibus; sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis et incomutabilis sapientiae. Quoscumque ergo videris haec amare, illis conjungere, ut per Christum qui homo factus est, ut esset Mediator Dei et hominum, reconcilieris Deo. Homines autem perversos, etiamsi intrent parietes ecclesiae, non eos arbitriteris intraturos in regnum coelorum; quia suo tempore separabuntur, si se in melius non commutaverint. Homines

ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama; quoniam nescis quid eras futurus sit qui hodie malus est. Nec eorum ames in justitiam; sed ipsos ideo ama, ut apprehendat justitiam: quia non solum dilectio Dei nobis praecepta est, sed etiam dilectio proximi, in quibus duobus praecepsis tota Lex pendet et Prophetae (10) Quam non implet nisi qui donum acceperit Spiritum sanctum, Patrem et Filio utique aequalem; quia ipsa Trinitas Deus est: in quo Deo spes omnis ponenda est. In huiusmodi non est ponenda, qualiscumque ille fuerit. Aliud est enim ille a quo justificamur, aliud illi cum quibus justificamur. Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrors insultationum et dolorum et ipsius mortis. Quidquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi, et pro spe vitae aeternae, et permanens toleraverit, major ei merces dabitur: quod si cesserit diabolo, cum

[10] *Math. XX, 37 à 40.*

illo damnabitur. Sed opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a Domino, ut non permitat servos suos tentari plus quam possunt sustinere [11].”

## II.

### ORATIONIS DOMINICAE EXPLICATIO.

#### S. CIPRIANT

*Lib. de orat. Dom. p. 205.*

#### Oratio Dominica enuntiata.

I. Cognoscamus docente Domino, quid eremus. *Sic, inquit (1), orate: PATER NOSTER QUI ES IN COELIS, SANTIFICETUR NOMEN TUUM, ADVENIAT REGNUM TUUM, FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN COELLO ET IN TERRA: PANEM*

[11] *I Corinth. X, 13.*

[1] *Math. VI, 9 à 13.*

ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama; quoniam nescis quid eras futurus sit qui hodie malus est. Nec eorum ames in justitiam; sed ipsos ideo ama, ut apprehendat justitiam: quia non solum dilectio Dei nobis praecepta est, sed etiam dilectio proximi, in quibus duobus praecepsis tota Lex pendet et Prophetae (10) Quam non implet nisi qui donum acceperit Spiritum sanctum, Patrem et Filio utique aequalem; quia ipsa Trinitas Deus est: in quo Deo spes omnis ponenda est. In huiusmodi non est ponenda, qualiscumque ille fuerit. Aliud est enim ille a quo justificamur, aliud illi cum quibus justificamur. Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrors insultationum et dolorum et ipsius mortis. Quidquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi, et pro spe vitae aeternae, et permanens toleraverit, major ei merces dabitur: quod si cesserit diabolo, cum

[10] *Math. XX, 37 à 40.*

illo damnabitur. Sed opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a Domino, ut non permitat servos suos tentari plus quam possunt sustinere [11].”

## II.

### ORATIONIS DOMINICAE EXPLICATIO.

#### S. CIPRIANT

*Lib. de orat. Dom. p. 205.*

#### Oratio Dominica enuntiata.

I. Cognoscamus docente Domino, quid eremus. *Sic, inquit (1), orate: PATER NOSTER QUI ES IN COELIS, SANTIFICETUR NOMEN TUUM, ADVENIAT REGNUM TUUM, FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN COELLO ET IN TERRA: PANEM*

[11] *I Corinth. X, 13.*

[1] *Math. VI, 9 à 13.*

NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS HODIE, ET DI-  
MITTE NOBIS DEBITA NOSTRA SICUT ET NOS DIMI-  
TTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS; ET NE PATIARIS  
INDUCI NOS IN TENTATIONEM, SED LIBERANOS  
A MALO. AMEN.

Pro omnibus est orandum, non  
tantum pro semetipsis.

2. Ante omnia, prius doctor atque uni-  
tatis magister singillatim noluit et priva-  
tim precem fieri, ut quis, cum precatur, non  
pro se tantum precetur. Non enim dicimus,  
*Pater meus qui es in coelis, nec Panem me-  
um da mihi hodie;* nec dimitti sibi tantum  
unusquisque debitum postulat, aut ut in  
tentationem non inducatur, atque a malo  
liberetur, pro se solo rogat. Publica est no-  
bis et communis oratio; et quando oramus,  
non pro uno, sed pro toto populo oramus,  
quia totus populus unum sumus. Deus pa-  
cis et concordiae magister, qui docuit uni-

tatem, sic orare unum pro omnibus voluit,  
quomodo in uno omnes ipse portavit. (2)  
Hanc orationis legem [servaverunt tres pue-  
ri in camino ignis inclusi, consonantes in  
prece, et spiritus consensione concordes.  
Quod declarat Scripturae divinae fides: et  
dum docet quomodo oraverint tales, dat  
exemplum quod imitari in precibus de-  
beamus, ut tales esse possimus: *Tunc illi  
tres, inquit, (3) quasi ex uno ore hymnum  
canebant et benedicebant Dominum.* Loque-  
bantur quasi ex uno ore, et nondum illos  
Christus docuerat orare. Et idcirco o-  
rantibus fuit impetrabilis et efficax sermo,  
quia promerebatur Dominum pacifica et  
simplex et spiritualis oratio. Sic et Aposto-  
los cum discipulis post ascensum Domini  
invenitur orasse. *Erant, inquit, (4) perse-*

(2) *Dominus N. per Incarnationem suam  
omnes homines in ipso portavit.*

[3] *Daniel III, 51.*

[4] *Sacra Scriptura. In Act. 1. 14.*

verantes omnes unanimis in oratione cum mulieribus et Maria quae fuerat mater Iesu, et fratribus ejus. Perseverant in oratione unanimis, orationis suae et instantia simul et concordia declarantes quia Deus, qui inhabitare facit unanimis in domo (5) non sumit in divinam et aeternam dominum nisi eos, apud quos est unanimis oratio.

PATER NOSTER,  
cur homo, filius, non nisi  
spiritualiter est Patrii Coelestis.

3. Qualia autem sunt, fratres dilectissimi, Orationis dominicae sacramenta, (6)

(5) Psalm. LXVII, 7.

[6] Verbum Sacramentum in veteris Patribus amplificationem habet, et in mysteri significatione utitur, quo sensu S. Hilarius de presente S. Cipriani tractatu: ait, de Orationis (Dominicae) SACRAMENTO commendandi necessitate nos Cyprianus, vir sanctae memo-

quam multa, quam magna, breviter in sermone collecta, (7) sed in virtute spiritualiter copiosa ut nihil omnino praetermissum sit, quod non in precibus atque orationibus nostris coelestis doctrinae compendio comprehendatur. Sie, ait, orate: PATER NOSTER QUI ES IN COELIS. Homo novus, renatus, et Deo suo per gratiam ejus restitutus, *Pater* primo in loco dicit, quia filius esse jam coepit. In sua; inquit, (8) proprii venit, et cui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit illis potestatem ut filii Dei fierent, his qui credunt in nomine ejus. Qui ergo credit in nomine ejus, et factus est Dei filius, hinc debet incipere, ut et gratias agat, et

iae, liberavit. S. Ciprianus in oratione Dominica multis et magna sacramenta inventi, scilicet eorum quae ad fidei mysteria pertinent.

[7] Id est, in breve collecta seu coarctatae.

[8] Joann. I, 11 et 12.

præfiteatur se Dei filium, dum nominat (9) patrem sibi esse in coelis Deum; contestetur quoque inter prima statim nativitatis (10) suae verba renuntiasse se terreno et carnali patri, et patrem solum nosse se et habere coepisse qui sit in coelis, sicut scriptum est: (11) *Qui dicunt patri et matri, Non novi te; et filios suos non agnoverunt: hi custodierunt præcepta tua, et testamentum tuum servaverunt.* Item Dominus in Evangelio suo [12] præcepit ne vocemus nobis patrem in terra, quod sit scilicet nobis unus Pater qui est in coelis. Et discipulo qui mentionem defuncti patris fecerat respondit, (13) *Sine mortui mortuos suos sepeliant.* Dixerat enim

[9] *Nominat pro expressis verbis dicit.*

(10) *Nativitatis scilicet, spiritualis.*

(11) *Deu. XXXIII. Quod Levi refertur, levitarum pater.*

[12] *Matth. XXIII, 9.*

(13) *Ib. VIII, 22.*

patrem suum mortuum, cum sit credentium. Pater vivus.

Pater nostrum, non iudeorum.

4. Nec hoc solum, fratres dilectissimi, animadvertere et intelligere debemus, quod appellamus Patrem qui sit in coelis, sed conjungimus et dicimus, PATER NOSTER, id est eorum qui credunt, eorum qui, per eum sanctificati et gratiae spiritialis nativitate reparati, filii Dei esse cooperunt. Quae vox etiam Iudeos perstringit et percutit, qui Christum, sibi per Prophetas annuntiatum et ad se prius missum, non tantum infide-liter spreverunt, sed et crudeliter necaverunt: qui jam non possunt patrem Deum vocare, cum Dominus eos confundat et redarguat dicens (14) *Vos de diabolo patre nati estis, et concupiscentias patris vestri facere vultis.* Ille enim homicida fuit ab initio, et

(14) *Joan. VIII, 44.*

*in veritate non stetit, quia veritas non est in illo.* Et per Esaiam prophetam (15) Deus clamat indignans: *Filios generavi et exaltavi, ipsi autem me spreverunt. Agnovit los possessorum suum, et asinus praeseppe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus meus me non intellexit.* Vae! gens peccatrix, *populus plenus peccatis, semen nequam, filii scelesti.* Dereliquistis Dominum, et in indignationem misistis illum Sanctum Israel. In quorum exprobationem christiani, quando oramus, PATER NOSTER dicimus, quia noster esse coepit, et Judaeorum, qui eum reliquerunt, esse desiit. Nec peccator populus potest esse filius, sed quibus remissa [16] peccatorum datur, eis filiorum nomen adscribitur, et eis aeternitas repromittitur, Domino ipso dicente [17]: *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; servus autem*

(15) *Ab initio ejus Prophetiae.*

(16) *Remissa, pro Remissio.*

(17) *Joan. VIII 34 et 35.*

*non manet in domo in aeternum, filius autem manet in aeternum.*

In dicendo *Pater noster,* obligationem accepimus, ut fili Dei, nos exhibendi.

5. Quanta autem Domini indulgentia, quanta circa nos dignationis ejus et bonitatis ubertas, qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu Dei, ut Deum patrem vocemus, et, ut est Christus Dei filius, sic et nos Dei filios nuncupemus! Quod nomen nemo nostrum in orationem auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Meminisse itaque, fratres dilectissimi, et scire debemus quia, quando patrem Deum dicimus, quasi filii Dei agere debemus, ut, quomodo nos nobis placemus de Deo patre, sic sibi placeat et ille de nobis. Conversemur quasi Dei templis (18), ut Deum in

(18) *Templa Dei estis. S. Paul. 1. Cor. III. 16.*

nobis constet habitare; nec sit degener aet  
tus noster a spiritu, ut, qui coelestes et spi  
ritales esse coepimus, non nisi spiritualia et  
coelestia cogitemus et agamus, quia et ip  
se Dominus Deus dixit [19], *Eos qui cla  
rificant me, clarificabo; et qui me spernit,  
spernetur.* Beatus quoque Apostolus in E  
pistola sua [20] posuit: *Non estis vestri  
empti enim estis pretio magno. Clarificate  
et portate Deum in corpore vestro.*

*Sanctificetur nomen tuum  
scilicet in nobis: haec est enim  
sanctificatio nostra, quam  
petere debemus.*

6. Post hoc dicimus: SANCTIFICETUR NO  
MEN TUUM: non quod optemus Deo ut sanc  
tificetur orationibus nostris, sed quod pe

[19] *Reg. II, 30.*

[20] *S. Paul. 1. cor. VI. 19. 20. 21.*

tamus ab eo ut nomen ejus sanctificetur in  
nobis [21]. Ceterum a quo Deus sanctifi  
cetur, qui ipse sanctificat? Sed quia ip  
se dixit [22], *Sancti estote, quoniam et ego  
sanctus sum, id petimus et rogamus, ut,  
qui in Baptismo sanctificati sumus, in eo  
quod esse coepimus perseveremus. Et hoc  
quotidie deprecamur. Opus est enim nobis  
quotidiana sanctificatione, ita ut, qui quo  
tidie delinquimus, delicta nostra sanctifi  
catione assidua repurgemus. Quae autem  
sit sanctificatio quae nobis de Dei digna  
tione confertur, Apostolus praedicat [23]  
dicens: *Neque fornicarii, neque idolis ser  
vantes, neque impudicos, neque  
lubricos, neque avaros, neque  
iracundios, neque concupiscentes  
naturam sui sanctum est, sanctificetur in nobis.**

[21] *S. Hieroni. Ipsum his verbis expri  
mit. Sanctificetur nomen tuum, non quod,  
nobis orantibus, sanctificetur quod per se san  
ctum est; sed quo petamus, ut quod per na  
turam sui sanctum est, sanctificetur in nobis.*

[22] *Levit. XI. 44.*

[23] *I Corinth. VI, 9 et 11.*

vientes, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque fraudulenti, neque ebriosi, neque maledici, neque raptore regnum Dei consequentur. Et hæc quidem [24] fuistis; sed abluti estis, sed justificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi et in Spiritu Dei nostri. Sanctificatos nos dicit in nomine Domini Jesu Christi et in Spiritu Dei nostri. Haec sanctificatio ut in nobis permaneat, oramus. Et quia Dominus et judex noster sanato a se et vivificato comminatur (25) jam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus preceem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus, ut sanctificatio et vivificatio, quae de Dei gratia sumitur, ipsius protectione servetur.

(24) Quidem pro quidam, seu unus ex vobis.

(25) Joann. V, 14.

Duplex sensum  
horum verborum Adveniat  
regnum tuum.

7. Sequitur in oratione: ADVENIAT REGNUM TUUM. Regnum etiam Dei repraesentari nobis petimus, sicuti et nomen ejus, ut in nobis sanctificetur, postulamus. Nam Deus quando non regnat? aut apud eum quando incipit quod et semper fuit et esse non desinit? Nostrum regnum petimus advenire a Deo nobis repromissum, Christi sanguine et passione quaesitum; ut, qui in saeculo ante servivimus, postmodum Christo dominante regnemus, sicut ipse pollicetur et dicit (26): *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Potest vero, fratres dilectissimi, et ipse Christus esse regnum

[26] Math. XXV, 34.

Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius adventus ut cito nobis reprezentetur, optamus. Nam cùm resurrectio ipse nostra sit, quia in ipso resurgimus, sic et regnum Dei potest ipse intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum Dei petimus, id est regnum coeleste, quia est et terrestre regnum. Sed qui renuntiavit jam saeculo, major est et honoribus ejus et regno. Et ideo, qui se Deo et Christo dedicat, non terrena, sed coelestia regna desiderat. Continua autem oratione et prece opus est, ne excidamus a regno coelesti, sicut Judaei, quibus hoc prius promissum fuerat, exciderunt, Domino manifestante et probante: *Multi, inquit (27), venient ab oriente et occidente, et recubent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno coelorum; filii autem regni expellentur in tenebras exteriores. Illuc erit ploratio et stridor dentium.*

— DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS —  
[27] *Math. VIII, 11 et 12.*

Ostendit quia ante filii regni [28] Judaei erant, quando et filii Dei esse perseverabant. Postquam cessavit circa illos nomen paternum, cessavit et regnum. Et ideo christiani, qui in oratione appellare patrem Deum coepimus, nos et ut regnum Dei nobis veniat oramus.

Propter Diaboli  
constantes laqueos, nos dicere  
debemus: *Fiat voluntas  
tua scilicet, in nobis,  
et a nobis.*

8. Addimus quoque et dicimus: **FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN COELO ET IN TERRA;** non ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod Deus vult. Nam Deo

(28) *Filius regni, promissionis, perditio-  
nis, hebraismum pro particeps regni.*

quis obsistit quominus quod velit faciat? Sed quia nobis à diabolo obsistitur quominus per omnia noster animus atque actus Deo obsequatur, oramus et petimus ut fiat in nobis voluntas Dei, quae ut fiat, in nobis opus est Dei voluntate, id est ope ejus et protectione; quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia et misericordia tutus est. Denique et Dominus, infirmitatem hominis [29] quem portabat ostendens, ait [30], *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Et exemplum discipulis suis tribuens, ut non voluntatem suam, sed Dei, faciant, addidit dieens, *Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.* Et alio loco (31) dicit, *Non descendи de caelo ut faciam voluntatem meam sed voluntatem ejus qui misit*

(29) *Homini, in abstracto, seu natura humana, vel humanitate.*

[30] *Math. XXVI, 39.*

[31] *Joann. VI, 32.*

me. Quod si filius obedivit [32] ut ficeret patris voluntatem, quanto magis servus obaudire debet ut faciat domini voluntatem? sicut in Epistola sua (33) Joannes quoque ad faciendam Dei voluntatem hortatur et instruit dicens: *Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si quis dilixerit mundum, non est charitas Patris in illo, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi, quae non est a Patre, sed ex concupiscentia mundi: et mundus transibit et concupiscentia ejus; qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in aeternum, quomodo et Deus manet in aeternum.* Qui in aeternum manere volumus, Dei, qui aeternus est, voluntatem facere debemus.

Quae sit voluntas Dei.

9. Voluntas autem Dei est quam Chris-

(32) *Obedivit, pro obediare.*

[33] *I Epist. II, 15 ad 17.*

tus et fecit et docuit. Humilitas in conversatione (34), stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis justitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, injuriam facere non nosse, et factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere; Deum toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quod Deus est; Christo nihil omnino praeponere, quia nec nobis quicquam ille praeposuit; charitati ejus inseparabiliter adhaerere, cruci ejus fortiter ac libenter insistere; quando de ejus nomine et honore certamen est, exhibere in sermone constantiam qua confitemur, in quaestione (35) fiduciam qua congredimur, in morte patientiam qua coronamur. Hoc est cohaeredem Christi esse velle, hoc est praeceptum Dei facere, hoc est voluntatem Patris adimplere.

[34] *Conversatio, hominis cum hominibus conseruum significat. Vitam socialem et generalius, vivendi modum.*

(35) *In tormentis pro fide sustinenda.*

Mystica explicatio  
horum verborum: *Sicut in coelo  
et in terra.*

10. Fieri autem petimus voluntatem Dei *in coelo et in terra*; quod utrumque ad consumationem nostrae incolumitatis pertinet et salutis. Nam, cum corpus e terra et spiritum possideamus *é coelo*, ipsi terra et coelum sumus; et in utroque, id est et corpore et spiritu, ut Dei voluntas fiat oramus. Est enim inter carnem et spiritum colluctatio, et discordantibus adversus se invicem quotidiana congressio, ut non quae volumus ipsa faciamus, dum spiritus coelestia et divina quaerit, caro terrena et saecularia concupiscit. Et ideo petimus, inter duo ista ope et auxilio Dei concordiam fieri, ut, dum et in spiritu et in carne voluntas Dei geritur, quae per eum renata est anima servetur. Quod aperte atque manifeste apos-

tolus Paulus sua voce declarat: *Care, inquit* (36), *concupisicit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem.* *Haec enim invicem adversantur sibi, ut non quae vultis ipsa faciat.* Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt adulteria, fornicationes, immundiciae, spurciliae, idololatria, beneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, provocationes, simultates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, comessationes, et his similia, quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Et idcirco quotidianis, immo continuis orationibus hoc precamur, et in coelo et in terra voluntatem circa nos Dei fieri, quia haec est voluntas Dei, ut terrena coelestibus cedant, spiritualia et divina praevaleant.

[36] Galat. V, 18 ad 22.

Altera explicatio, Ipsorum verborum, alegorica.

11. Potest et sic intelligi, fratres dilectissimi, ut, quoniam mandat et monet Dominus etiam inimicos diligere et pro iis quoque qui nos persequuntur orare, petamus et pro iis qui adhuc terra sunt (37), necdum coelestes esse cooperunt, ut et circa illos voluntas Dei fiat, quam Christus hominem conservando et redintegrando perfecit. Nam, cum discipuli ab eo non jam terra appellantur, sed *sal terrae* (38), et Apostolus (39) primum hominem vocet de terrae limo, secundum vero de coelo, merito et nos, qui esse debemus patri Deo si-

— [37] Qui adhuc sunt in terra, id est, qui sunt materiales et carnales seu terrestres.

[38] Mathei V, 13.

(39) I Corinth. XV.

miles, qui *solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos* [40]; sic, Christo monente, oramus et petitus ut precem pro omnium salute faciamus; ut, quomodo in coelo, id est in nobis, per fidem nostram voluntas Dei facta est ut essemus e coelo, ita et in terra, hoc est, in illis non credentibus, fiat voluntas Dei, ut qui adhuc sunt prima nativitate terreni, incipient esse coelestes ex aqua et spiritu nati.

Dominus N. J. Panem  
nostrum quotidianum dat nobis  
et ipse, panis vitae et  
eucharistica caena est.

12. Procedente oratione postulamus et dicimus, PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS HODIE. Quod potest et spiritualiter et simpliciter intelligi, quia et uterque intel-

(40) *Mathei. V. 45.*

lectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitae Christus est; et panis hic omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus *Pater noster*, quia intelligentium et credentium pater est, sic et *panem nostrum* vocamus, quia Christus eorum qui corpus ejus contingunt panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie (41): postulamus, ne qui in Christo sumus et Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum absenti et non communicantes a coelesti pane prohibemur, a Christi corpore separamur, ipso praedicante et monente *Ego sum panis vitae qui de coelo descendii*. Si quis ederit de meo pane, vivet in aeternum. Panis autem quem ego dederō, caro mea est pro sacerduli vita. Quando ergo dicit in aeternum

[41] Post Apostolorum tempora usque ad ea quibus fuerunt SS. Hieronimus Ambrosius et Agustinus, fideles quotidie Sacram Eucharistiam sumebant.

vivere si quis ederit de ejus pane, ut manifestum est eos vivero qui corpus ejus attingunt et Eucharistiam jure communicationis accipiunt, ita contra timendum est et orandum ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, remaneat a salute, communicante ipso et dicente (42): *Nisi ederitis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Et ideo panem nostrum, id est Christum, dari nobis quotidie petimus, ut, qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione ejus et corpore non recedamus.

---

[42] S. Jo. VI. 53 *Remanere sumitur pro separatione seu alicujus rei exclusione quo sensu. In S. Cyprianum Baluze ait. Quid hoc loco faciam inter gaudium passionis et remanendi dolorem? et haec verba S. Ambrosi, De S. Laurentio: Cum videret Xistum episcopum suum ad martyrium duci; flere coepit, non passionem illius, sed suam remansionem.*

---

Christianus, tantum panem quotidianum petere debet; nihil, de crastino die, nec de vita longa in hoc saeculo, cogitare.

13. Potest vero et sic intelligi, ut qui saeculo renuntiavimus, et divitias ejus et pompas fidei gratiae spiritualis abjecimus, cibum nobis tantum petamus et vietum, quando instruat Dominus et dicat (43): *Qui non renuntiat omnibus quae sunt ejus, non potest meus discipulus esse.* Qui autem Christi coepit esse discipulus, secundum magistri sui vocem renuntians omnibus, diurnum debet cibum petere, nec in longum desideria petitionis extendere, ipso itorum Domino praescribente et dicente (44), *Nolite in crastinum cogitare; crastinus ipse cogitabit sibi: insufficit*

---

[43] *Iuc. XIV, 33.*

[44] *Matth. VI, 54.*

*dici malitia sua.* Merito ergo Christi discipulus victum sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur; quia et contrarium sibi sit et repugnans ut quaeramus in saeculo diu vivere, qui petimus regnum Dei velociter advenire. Sic et beatus Apostolus monet, formans et corroborans spei nostrae ac fidei firmitatem: *Nihil, inquit (45), intulimus in hunc mundum, verum nec auferre possumus. Habentes itaque exhibitionem et tegumentum, his contenti simus.* Qui autem volunt divites fieri, incident in temptationem et muscipulam et desideria multa et nocentia, que mergunt hominem in perditionem et in intentum. Radix enim omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes, naufragaverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.

[45] *1. Timoth. VI, 7 a 10.*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dum chirstianus ad petendum panem quotidianum limitatur, agnoscentem periculum divitiarum se ostendit.

14. Docet non tantum contemendas, sed et periculosas esse divitias; illic esse radicem malorum blandientium, caecitatem mentis humanae oculta deceptione fallen-  
tium. Unde et divitem stultum saeculares copias cogitant et se exuberantium fructum largitate jactantem redarguit Deus dicens (46) *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua. Quae ergo parasti, cuius erat?* Laetabatur stultus in fructibus, ipsa nocte moriturus; et cui vita jam deerat, victus abundantiam cogitabat. Contra autem Dominus perfectum et consummatum docet (47) fieri qui, omnibus suis venditis atque

[46] *Luc. XII, 20.*

[47] *Matth. XIX, 21; Luc. XVIII, 22.*

in usum pauperum distributis, thesaurum sibi condat in coelo. Eum dicit posse sequi et gloriam Dominicae passionis imitari, qui, expeditus et succinctus, nullis laqueis rei familiaris involvitur, sed solitus ac liber facultates suas ad Deum ante praemissas ipse quoque comitatur. Ad quod ut possit unusquisque nostrum parare se, sic discat orare et de orationis lege, qualis esse debeat, noscere.

**Deus nunquam permitterit, justum servum suum carere panem.**

15. Neque enim deesse quotidianus cibis potest justo, cum scriptum sit [48]: *Non occidet Dominus fame animam justam;* et iterum [49] *Junior fui et senui; et non vidi justum derelictum, neque semen ejus quaerens panem;* item Dominus promittat et

[48] *Proverb. X, 3.*

[49] *Psalm. XXXVI, 25.*

dicat [50]: *Nolite cogitare dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid vesciemur?* *Haec enim nationes [51] quaerunt.* Scit autem Pater vester quia horum omnium indigetis. Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia apponentur vobis. Quaerentibus regnum et justitiam Dei omnia promittit apponi. Nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipso non desit. Sic Danieli, in leonum lacu jussu regis incluso, prandium divinitus procuratur, et inter feras esurientes et parcentes homo Dei pascitur. Sic alitur Helias in fuga; et in solitudine corvis ministrantibus, et volucribus cibum cibi apportantibus, in persecutione nutritur. Atque, o humanae malitiae detestanda crudelitas ferarum parvunt, aves pascunt, et homines insidiantur et saeviunt.

[50] *Matth. VI, 31 à 33.*

[51] *Gentes, id est, gens gentilica.*

Oratio Dominica his verbis, *Et dimitte nobis debita nostra,* liberat nos, ab illatione credendi, nos esse sine peccato.

16 Post hanc et pro peccatis nostris deprecamur discentes, **ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS.** Post subsidium cibi petitur et venia delicti, ut, qui a Deo pascitur, in Deo vivat, nec tantum praesenti et temporali vitae, sed et aeternae consulatur; ad quam veniri potest, si peccata donentur: quae *debita* Dominus appellat, sicut in Evangelio suo [52] dicit: *Dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti.* Quam necessarie autem, quam providenter et salutariter admoneamus quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut, dum indulgentia de Deo petitur, conscientiae suae ani-

[52] Matth. XVIII, 32.

mus recordetur! Ne quis sibi quasi innocens placeat et se extollendo plus pereat, instruitur et docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis jubetur orare. Sic denique et Joannes in Epistola sua [53] monet dicens, *Si dixerimus qui peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est.* *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et justus est Dominus, qui nobis peccata dimittat.* In Epistola sua utrumque complexus est, quod et rogare pro peccatis debeamus, et impetremus indulgentiam cum rogamus. Ideo et fidem pollicitationis suae reservavtem [54]; quia qui orare nos pro debitis et peccatis docuit, paternam misericordiam promisit et veniam sequuturam.

—  
[53] Epist. 1, 8 et 9.

[54] Reservare, pro servare.

Qua conditione, Dominus noster nos constringit, ut veniam peccatorum possimus sperare.

17. Adjunxit plane et addidit legem, certa nos conditione et sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod et ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes impetrari non posse quod pro peccatis petimus, nisi et ipsi circa [55] debitores nostros paria fecerimus. Idcirco et alio in loco [56] dicit: *In qua mensura mensi faceritis, in ea remetietur vobis.* Et qui servus post dimissum sibi a domino omne debitum conservo suo noluit ipse dimittere [57], in carcerem relegatur: quia

---

[55] *Circa pro erga. Hellenis mus.*

[56] *Matth. VII, 2.*

[57] *Matth. XVIII, 34.*

indulgere conservo suo noluit, quod sibi a domino indultum fuerat amisit. Quae adhuc fortius Christus in praecepsis suis majori censurae suae vigore proponit: *Cum steteritis, inquit [58], ad orationem, remittite si quid habetis adversus aliquem, ut et Pater vester qui in coelis est remittat peccata vestra vobis.* Si autem vos non remiseritis, neque Pater vester qui in coelis est remittet vobis peccata vestra. Excusatio tibi nulla in die judicii superest, cum secundum tuam sententiam judiceris, et quod feceris, hoc et ipse patiaris. Pacificos enim et concordes atque unanimes esse in domo sua Deus praecepit, et quales nos fecit secunda nativitate [59], tales vult renatos perseverare; ut qui filii Dei esse coepimus, in Dei pace maneamus, et quibus spiritus unus est, unus sit et animus et sensus. Sic nec sacrificium Deus recipit dissidentis, et ab altari

---

[58] *Marci. XI, 25 et 26.*

[59] *In Baptismate.*

revertentem prius fratri reconciliari jubeat [60], ut pacificis preceibus et Deus possit esse pacatus.

Abelis exemplum, qui propter animæ suæ nitorem, primam martyri coronam meruit: vir non pacificus salvus esse non poterit, quamvis martyrio se tradiderit.

18. Sacrificium Deo majus est pax nostra et fraterna concordia, et de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata. Neque enim in saerifciciis quae Abel et Cain primi obtulerunt, munera eorum Deus, sed corda, intuebatur, ut ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus et justus, dum Deo sacrificat innocenter, docuit et ceteros, quando ad altare munus offerunt, sic venire cum Dei timore, cum

[60] Matth. V, 24.

simplice corde, cum lege justitiae, cum concordiae pace. Merito ille dum in sacrificio Dei talis est, ipse postmodum sacrificium Deo factus est, ut martyrem primus ostendens initaret sanguinis sui gloria Dominicam passionem, qui et justitiam Domini habuerat et pacem. Tales demique a Domino coronantur, tales in die judicij cum Domino, judicabunt. Ceterum discordans et dissidentes et pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apostolus et Scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternali poterit evadere, quia, sicut scriptum est [61], *Qui fratrem suum odit, homicida est, nec ad regnum coelorum pervenit aut cum Deo vivit homicida, non potest esse cum Christo, qui imitator Iudei maluit esse quam Christi.* Quale delictum est quod nec baptismo sanguinis potest ablui?

[61] I. Joann. III, 15.

quale crimen est quod martyrio non potest expiari?

Inimicus, nihil adversus nos poterit, si Deus ei non permiserit.

19. Illud quoque necessarie admonet Dominus, ut in oratione dicamus, *Et ne patiaris induci nos in temptationem.* Quia in parte ostenditur nihil contra nos adversarium posse, nisi Deus ante permiserit; ut omnis timor noster et devotio, atque observatio ad Deum convertatur, quando in temptationibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur. Probat Scriptura divina quae dicit [62], *Venit Nabuchodonosor rex Babyloniae in Hierusalem, et expugnabat eam, et dedit eam Dominus in manus ejus.* Datur autem potestas adversus nos malo secundum nostra peccata, sicut scrip-

[62] *VI Reg. XXIV, 11; XXV, 1, et alibi.*

tum est (63) *Quis dedit in direptionem Jacob et Israel eis qui praelantur illorum? nonne Deus cui peccaverunt? et nolebant in viis ejus ambulare neque audire legem ejus, et superduxit super eos iram animationis suae* (64). Et iterum, Salomone peccante et a praesep- tis atque a viis Domini precedentibus, positum est (65): *Et excitavit Dominus Satanam ipsi Salomoni.*

Cum dicimus: *Et ne patiaris induci nos in temptationem:* ostendimus, gratiam Dei unice a peccato nos praeservare.

20. Potestas vero dupliciter adversus nos datur, vel ad poenam, cum delinquimus; vel ad gloriam, cum probamur; sicuti

(63) *Isai XLII, 24 et 25.*

(64) *Vulgata sic ait: et effudit super eum indignationem furoris sui.*

(65) *III Reg. XI, 14.*

de Job factum videmus, manifestante Deo et dicente (66): *Ecce omnia quaecumque habet, in manus tuas do; sed ipsum cave ne tangas.* Et Dominus in Evangelio suo (67) loquitur tempore Passionis: *Nullam haberes adversum me potestatem, nisi datum esset tibi desuper.* Quando autem rogamus ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis et imbecillitatis nostrae, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter aliquid assumat, ne quis sibi aut confessoris aut passionis gloriam suam ducat, cum Dominus ipse humilitatem docens dixerit (68), *Vigilate et orate, ne veniatis in temptationem.* *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma;* ut, dum praecedit humili et summissa confessio et datur totum Deo, quidquid suppliciter cum timore et honore Dei

(66) Job. I. 12.

(67) Joann. XIX, 11.

(68) Mare. XIV, 38.

petitur, ipsius pietate (69) praestetur.

**Orationes omnes quas Deo oferre possumus, his verbis includuntur: libera nos a malo.**

21. Post ista omnia in consumatione Orationis venit clausula, universas petitiones et preces nostras collecta brebitate concludens. In novissimo enim ponimus, **SED LIBERA NOS A MALO**, comprehendentes adversa cuncta quae contra nos in hoc mundo molitur inimicus; a quibus potest esse fida et firma tutela, si nos Deus liberet, si deprecantibus atque implorantibus opem suam praestet. Quando autem dicimus, **LIBERA NOS A MALO**, nihil remanet quod ultra adhuc debeat postulari, quando semel protectionem Dei adversus malum petamus; qua impetrata, contra omnia quae diabolus et mundus

(69) *Pietas Dei, id est, amor Dei in filios suos.*

operantur, securi, stamus et tuta. Quis enim ei de saeculo metus est, cui in saeculo Deus tutor est?

Oratio dominica, totius doctrinae  
Domini Nostri Jesuchristi,  
appendix est.

22. Quid mirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breviavit? Hoc jam per Esaiam prophetam fuerat ante praedictum, cum, plenus Spiritu Sancto, de Dei maiestate ac pietate loqueretur: *Verbum consummans, inquit (70), et brevians in justitia, quoniam sermonem breviatum faciet Deus in toto orbe terrae.* Nam, cum Dei Sermo, Dominus noster Jesus Christus, omnibus venerit, et colligens doctos pariter et indoctos,

(70) *Isai. X, 22 et 25: Consummatio abbreviata inundabit justitiam.*

omni sexui atque aetati praecepta salutis ediderit, praceptorum suorum fecit grande compendium, ut in disciplina coelesti dissentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium, velociter disceret. Sic, cum doceret quid sit vita aeterna, sacramentum vitae magna et divina brevitate complexus est dicens (71): *Heac est autem vita aeterna, ut cognoscant et solum et verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.* Item, cum de Lege et Prophetis praecepta prima et majora decerneret, Audi, inquit (72), *Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, et de tota anima tua, et de tota virtute tua, Hoc (73) est primum mandatum. Et secundum simile est huic: Diliges proximum tibi tanquam te ipsum.* In

(71) *Joann. XVII, 18.*

(72) *Deuteron. VI, 4 et 5.*

(73) *Marc. XII, 29 a 31.*

*his (74) duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae. Et interum (75). Quaequamque volueriis ut faciant vobis homines bona, ita et vos facite illis. Haec est enim Lex et Prophetae.*

**III.****DE ORATIONE.****S. CIPRIANI.**

[lib. de Orat. Dom. p. 213 et seqq.]

Jesus Christus, qui sine peccato erat, in oratione semper pernoctabat; quanto magis nos peccatores, in frequentanda oratione debemus nocte vigilare?

1. Nec verbis tantum, sed et factis Du-

(74) Matth. XXII, 40.

(75) Marc. VII, 12.

minus orare nos docuit, ipse orans frequenter et deprecans, et quid facere nos oportet, exempli sui contestatione demostrans, sicut scriptum est, (1): *Ipse autem fuit secedens in solitudinem et adorans.* Et iterum (2): *Exivit et monte orare, et fuit pernoctans in oratione Dei.* Quodsi ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem jupiter vigilans continua precibus orabat, quanto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte vigilare?

(1) L. V, 16.

(2) Ibid. VI, 12.

*his (74) duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae. Et interum (75). Quaequamque volueriis ut faciant vobis homines bona, ita et vos facite illis. Haec est enim Lex et Prophetae.*

**III.****DE ORATIONE.****S. CIPRIANI.**

[lib. de Orat. Dom. p. 213 et seqq.]

Jesus Christus, qui sine peccato erat, in oratione semper pernoctabat; quanto magis nos peccatores, in frequentanda oratione debemus nocte vigilare?

1. Nec verbis tantum, sed et factis Du-

(74) Matth. XXII, 40.

(75) Marc. VII, 12.

minus orare nos docuit, ipse orans frequenter et deprecans, et quid facere nos oportet, exempli sui contestatione demostrans, sicut scriptum est, (1): *Ipse autem fuit secedens in solitudinem et adorans.* Et iterum (2): *Exivit et monte orare, et fuit pernoctans in oratione Dei.* Quodsi ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem jupiter vigilans continua precibus orabat, quanto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte vigilare?

(1) L. V, 16.

(2) Ibid. VI, 12.

Dominus cum oraret, non nisi propter nos orabat; et principali-  
liter, ut pax et concordia inter  
nos metipsos regnum habeant:  
regnum enim patris sui pacifi-  
cis tantum paratum est.

2. Orabat autem Dominus et rogabat,  
non pro se (quid enim pro se innocens pre-  
caretur?) sed pro delictis nostris, sicut et  
ipse declarat, cum dicit ad Petrum (3): *Ecce  
Satanas postulavit ut vos ventilaret* (4) *quo-  
modo triticum: ego autem rogavi pro te, ne de-  
ficiat fides tua.* Et postmodum pro omnibus  
Patrem deprecatur dicens (5): *Non pro his  
autem rogo solis, sed et pro illis qui credituri  
sunt per verbum ipsorum in me, ut omnes*

[3] *Luc. XXII, 31 et 32.*

[4] *Ventilaret, vel Vexare. Vulgata fert  
eribaret. S. Hilar. Cerneret,*

[5] *Joann. XVII, 20 et 21.*

*unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te,  
ut et ipsi in nobis unum sint.* Magna Domini  
propter salutem nostram benignitas pariter  
et pietas, ut non contentus quod nos sanguine  
suo redimeret, adhuc pro nobis amplius  
et rogaret. Rogantis autem desiderium vi-  
dete quod fuerit, ut, quomodo unum sunt,  
Pater et Filius, sic et nos in ipsa unitate  
maneamus. Ut hinc quoque possit intelligi  
quantum delinquit qui unitatem scindit et  
pacem, cum pro hoc et rogaverit Dominus,  
volens scilicet sic plebem suam salvam fieri  
et in pace vivere, cum sciret ad regnum  
Dei discordiam non venire.

Inimicus noster semper tentat, a  
Deo preces nostras per dissipati-  
onem avocare, qua orationis  
fructum nobis interimit.

3. Quando autem stamus ad orationem,  
fratres dilectissimi, vigilare et incumbere  
ad preces toto corde debemus. Cogitatio-

omnis] carnalis et saecularis abscedat, nec quicquam tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos, ante orationem proefatione praemissa, parat fratribus mentes [dicendo]: *Sursum corda; ut, dum respondet plebs, Habemus ad Dominum,* admoneatur nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus, et soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequenter et penetrat, et subtiliter fallens, preces nostras a Deo avocat, ut aliud habemus in corde, aliud in voce, quando intentione sincera Dominum debeat, non vocis sonus, sed animus et sensus orare. Quae autem segnitia est alienari et rapi ineptis cogitationibus et profanis, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare quam quod cum Deo loqueris? Quomodo et audiri a Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui cum rogas, quando tu

819010

ipse memor tui non sis! Hoc est ab hoste in totum (6) non cavere: hoc est, quando oras Deum, majestatem Dei negligentia orationis offendere: hoc est vigilare oculis et corde dormire, cum debeat christianus, et cum dormit oculis, corde vigilare, sicut scriptum est ex persona Ecclesiae loquentis in Cantico Canticorum (7) *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Quapropter sollicite et caute Apostolus admonet dicens (8), *Instate orationi, vigilantes in ea, docens scilicet et ostendens eos impetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus videat in oratione vigilare.*

Oratio ut sit efficax, cum eleemosinis et bonis operibus sociare debet.

4. Orantes autem non infructuosis nec

[6] *Totum, id est, Totaliter.*

[7] *Cant. V, 2.*

[8] *Coloss. IV, 2.*

nullis precibus ad Deum veniant. Inefficax petitio est, cùm precatur Deum' sterilis oratio. Nam, cùm *omnis arbor non faciens fructum excidatur et in ignem mittatur* (9), utique et sermo non habens fructum promere ri Deum non potest, quia nullâ est operatione foecundus. Et ideo Scriptura divina instruit dicens (10), *Bona est oratio cùm jejuno et eleemosina*. Nam qui in die judicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione venienti venignus auditor est. Sic denique Cornelius centurio cùm oraret, meruit audiri. Fuit enim faciens multas eleemosynas in plebem et semper orans Deum. Huic circa horam nonan oranti adstitit Angelus testimonium reddens sui operis et dicens (11), *Orationes tue et eleemosynae tue ascenderunt ad memoriam coram Deo*.

[9] Matth. VII. 19.

[10] Tobiae XII, 8.

[11] Act. X, 4

### Fjusdem rei continuatio.

5. Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis impununt. Sic et Raphael angelus Tobiae oranti semper et semper operanti testis fuit dicens (12). *Opera Dei revelare et confiteri honorificum est. Nam, quando orabas tu et Sarra, ego obtuli memoriam orationis vestrae* (13) *in conspectu claritatis Dei*. *Et cùm sepelires tu mortuos simpliciter* (14) *et quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum, sed abiisti et condidisti mortuum, missus sum tentare te* (15); *et iterum me misit Deus cu-*

[12] Tobiae XII, 7 et 11 à 15.

[13] Vulgata simpliciter fert. *Obtuli orationem tuam*.

[14] Simpliciter, vel similiter.

[15] *Missus sum tentare te, Hoc est hellenismum, pro tentatum, vel ut tentarem te. Ab initio dictum fuit, sicut in vulgata le-*

*rare te et Sarram nurum tuam. Ego enim sum Raphael, unus ex septem Angelis sanctis, qui assistimus et conversamur ante claritatem Dei.*  
*Per Esaiam quoque Dominus admonet et docet similia contestans: Solve, inquit (16), omnem nodum injustitiae, resolve suffocationes impotentium (17) commerciorum. Dimitte quassatos in requiem, et omnem consignationem (18) injustam dissipate. Frange esurienti panem tuum, et egenos (19) sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti; et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum et\* vestimenta tua cito orientur, et praeabit ante te justitia, et claritas Dei circumdabit te.*

---

*gitur: Et quia acceptus eras Deo necesse fuit  
UT TENTATIO PROBARET TE.*

[16] *Isaï. LVIII, 6 à 9.*

[17] *Impotentium, quibus resistere non  
valeas. Vulgata dicet, Deprimentes.*

[18] *Seminis, pro generis vel familiae.*

[19] *Egenos (qui sunt) sine tecto.*

*Tuuc exclamabis, et Deus exaudiet te, et dum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum. Adesse se repromittit, et audire ac protegere se eos dicit qui, injustitiae nodos de corde solventes, et eleemosynas circa domesticos Dei, secundum ejus praecepta, facientes, dum audiunt quod Deus praecepit fieri, ipsi quoque a Deo merentur audiri. Beatus apostolus Paulus, in necessitate pressurae adiutus a fratribus, opera bona quae fiunt sacrificia Dei dixit esse: Saturatus sum, inquit, recipiens ab Epaphroditō ea quae a vobis missa sunt, odorem suavitatis, sacrificium acceptum et placitum Deo. Nam, quando quis miseretur pauperis, Deum foenerat; et qui dat minimis, Deo donat, spiritualiter Deo suavitatis odorem sacrificat.*

De oratione, traditionalles horae:  
Tertia, Sexta et Nona; Trini-  
tatis Symbolum sunt.

6. In orationibus vero celebrandis in-  
venimus observasse cum Daniele tres pue-  
ros, in fide fortis et in captivitate victores,  
horam tertiam, sextam, nonam, sacra-  
mentum scilicet Trinitatis, quae in novissimis  
temporibus manifestari habebat (20). Nam  
et prima hora in tertiam veniens consum-  
matum numerum trinitatis ostendit: item-  
que ad sextam quarta procedens declarat  
alteram trinitatem; et quando a septima  
nona completur, per ternas horas trinitas  
perfecta numeratur. Quae horarum spatia

[20] Manifestari habebat, vel Manifes-  
tandi habeo. Modus communiter loquendi in  
christianis scriptoribus; exem, gr. Tert. Etiam  
Filius Dei mori habuit. Sicut in locutioni-  
bus, dicere habeo, affirmare habeo.

jampridem spiritualiter determinantes ado-  
ratores Dei statutis et legitimis ad precem  
temporibus servabant. Et manifestata post  
modum res est, sacramenta olim tuisse, quod  
ante sic justi precabantur. Nam super dies  
cipulos hora tercia descendit Spiritus Sanc-  
tus, qui gratiam Dominicae reprobmissionis  
implevit. Item Petrus, hora sexta in tee-  
tum superius ascendens (21) signo pariter et  
voce Dei monentis instructus est ut omnes  
ad gratiam salutis admitteret, cum de emun-  
dandis gentilibus ante dubitaret (22). Et  
Dominus hora sexta crucifixus, ad nonam  
peccata nostra sanguine suo abluit, et ut redi-  
mire et vivificare nos posset, tunc victori-  
am suam passione perfecit.

[21] Act. X, 9.

[22] Ante dubitaret, post vero ritionem  
dixit [v. 28] Vos scitis quomodo abominatum  
sit viro Judeo, conjungi aut accedere ad alien-  
igenam; sed mihi ostendit Deus, NEMINEM  
communem aut immundum dicere hominem.

Oratio siue intermissione  
fieri debet.

7. Sed nobis, fratres dilectissimi, praeter horas antiquitus observatas, orandi nunc et spatia et sacramenta (23) creverunt. Nam et mane orandum est, ut resurrectio Domini matutina oratione celebretur. Quod olim Spiritus Sanctus designabat in Psalmis (24) dicens, *Rex meus et Deus meus, quoniam ad te adorabo, Domine, mane exaudies vocem meam: mane assistam tibi, et contemplabor te.* Et iterum per Prophetam (25) loquitur Dominus: *Diluculo vigilabunt ad me dicentes: Eamus et revertamur ad Dominum Deum*

[23] Spatia et Sacra menta, pro spatia sacramentalia, id est, tempora quae propter ad fidei mysteria relationem, symbolicam significationem habebant.

[24] Psalm. V, 4 et 5.

[25] Osee VI, 1.

*nostrum.* Recedentem item sole ac die cesseante necessario rursus orandum est: nam, quia Christus sol verus et dies est verus, sole ac die saeculi recedente, quando oramus et petimus ut super nos lux denuo veniat, Christi precamur adventum, lucis aeternae gratiam praebitum. Christum autem diem dictum declarat in Psalmis (26) Spiritus Sanctus: *Lapis, inquit, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factus est iste, et est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit Dominus: exultemus et jucundemur in eo.* Item quod sol appellatus sit, Malachias propheta (27) testatur dicens, *Vobis autem qui timetis nomen Domini, orientur sol justitiae, et in aliis ejus curatio est.* Quodsi in Scripturis sanctis sol verus et dies verus est Christus, hora nulla a Christianis excipitur, quominus frequenter ac

[26] Psalm. CXVII, 22 à 24.

[27] Malach. IV, 2.

semper Deus debeat adorari; ut, qui in Christo, hoc est in sole et in die vero, sumus, insistamus per totum diem precibus et oremus, et quando mundi lege decurrentis vicibus alternis nox revoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest, quia filii lucis et in noctibus dies est. Quando enim sine lumine est cui lumen in corde est? aut quando sol ei et dies non est cui sol et dies Christus est?

### Ejusdem rei continuatio.

8. Qui autem in Christo, hoc est in lumine, semper sumus, nec noctibus ab oratione sessemus. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper et vigilans perseverabat in promerendo Deo, sicut in Evangelio (28) scriptum est: *Non recedebat, inquit, de templo, jejuniis et orationibus ser-*

[28] *Luc. II, 37.*

*viens nocte ac die.* Viderint (29) vel gentiles, qui neendum illuminati sunt, vel Judaei, qui, deserto lumine, in tenebris remanserunt. Nos, fratres dilectissimi, qui in Domini luce semper sumus, qui meminimus et tenemus quid esse accepta gratia cooperimus, computemus noctem pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine, non impediatur a tenebris quas evasimus. Nulla sunt horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigna et ignava dispendia. Per Dei indulgentiam recreati spiritualiter et renati, imitemur quod futuri sumus: habituri in regno (30) sine interventu noctis solum diem, sic nocte quasi in lumine vigilemus: oraturi semper et acturi gratias Deo, hic quoque orare et gratias agere non desinamus.

[29] *Viderit, Verbum significans illud, quo unusquisque, suo fato traditur.*

[30] *In regno, id est, Dei, seu locum ubi in perpetuum regnaliimus.*

## IV.

DE S. PAULI VITA, PRIMI  
EREMITAE.

[*S. Hieronimi operum vol II, p. 1 seqq.*]

Opiniones variae sunt, de primo vitae eremiticae auctore, Sanctus Hieronimus tenet, veram esse eam quae de divo Paulo Thebano asserit. Initium et finis illius vitae in deserto, tantum dignoscitur.

1. Inter multos saepe dubitatum est, a quo potissimum monachorum eremus habitori copta sit. Quidam enim altius repetentes a beato Elia et Joanne sumpsere principium: quorum et Elias plus nobis videtur fuisse quam monachus, et Joannes ante prophetare

coepisse quam natus sit (1). Alii autem (in quam opinionem vulgus omne consentit asserunt Antonium hujus propositi caput (2), quod ex parte verum est: non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas vero et Macarius, discipuli Antonii, e quibus superior magistri corpus sepelivit, etiam nuno affirmant, Paulum quendam Thebaeum principem istius rei fuisse, non nominis; quam opinionem nos quoque probamus. Nonnulli haec et alia, prout voluntas tulit, jactitant: subterraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem fuisse, et multa, quae persequi otiosum est, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur.

Igitur quia de Antonio tam Graeco quam Romano stylo diligenter memoriae traditum

[1] *Luc. c. I, 44.*

[2] *Caput, id est, auctorem esse, seu principem istius rei.*

est (3) pauca de Pauli principio et fine scribere disposui (4); magis quia res omissa erat, quam fretus ingenio. Qnomodo autem in media aetate vixerit, et quas satanae pertulerit insidias, nulli hominum comperatum habetur.

### Persecutio, quae adversus christianos a Decio et Valeriano facta fuit.

2. Sub Decio et Valeriano persecutoribus (5), quo tempore Cornelius Romae, Cyprianus

[3] *S. Athanasius qui cum divo Antonio relationes personales habebat.*

[4] *Scribere disposui, antiquis autoribus legebatur, statui, decrevi; sed haec verba, magis politicae et juri convenient.*

[5] *Imperatores Hi per annos 259 et 260 regnaverunt. S. Cornelius in Sede Romana fuit anno 251 et 252.*

nus Carthaginensis, felici cruento [6] martyrium pertulerunt, multas apud Aegyptum et Thebaidem Ecclesias tempestas saeva populata est. Votum tunc christianis erat [7], pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat jugulare, non corpora; et ut ipse, qui ab ipso passus est, Cyprianus ait [8], *volentibus mori, non permettebatur occidi.*

### Persecutores, articia tum crudelitatis tum seductionis ponebant.

3. Cujus ut crudelitas notior fiat, duo memoriae causa exempla subjecimus. Persevere-

[6] *Felice cruento, id est, felice effusione sanguinis.*

[7] *Votum erat, sicut in locutione, moris est.*

[8] *Cyprianus ait, in sua epistola LIII.*

rantem in fide martyrem, et inter equuleos laminasque victorem, jussit melle perungi, et sub ardentissimo sole, religatis manibus post tergum, reponi; scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines ante superasset.

Alium juvenili aetate florentem, in amoenissimos hortulos praecepit abduci; ibique inter lilia carentia et rubentes rosas, cum leni juxta murmure aquarum serperet rivus, et molle sibilo arborum folia ventus praestringeret, super exstructum plumis lectum resupinari, et ne se inde posset excutere, blandis sertorum nexibus et sermonum aliquiis irretitum relinqui. Quid ageret miles Christi, et quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superatura erat voluptas. Tandem coelitus inspiratus, praeecissam mordicus linguam in hostis faciem exspuit; ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superavit.

Hoc tempore, S. Paulus sexdecim annis aetatis, a marito sorosis suae minatus est eum persecutoribus traddidisse.

4. Per idem ergo tempus quo talia gerabantur apud inferiorem Thebaidam cum sorore jam viro tradita, post mortem amborum parentum, in haereditate locupleti Paulus relictus est annorum circiter sexdecim, literis tam Graecis quam Aegyptiacis apprime eruditus, mansue animi, Deum valde amans. Et cum persecutionis prectia detonaret, in villam remotiorem et secretiorum secessit. Verum quid pectora humana non cogit *auri sacra fama?* sororis maritus coepit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum uxorius lacrimae, ut assolet [9], non communio sanguinis, non spectans cunc-

[9] *Ut assolet, impersonale lacuio, pro ut fieri solet.*

ta ex alto Deus, ab sceleto revocavit: aderat, instabat crudelitate quasi pietate utebatur [10].

In deserto se traddidit, ubi in quadam rupe speluncam inventit, quae quondam furtivam monetae officinam fuisse.

5. Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem praestolatur, necessitatem in voluntatem vertit; ac paulatim progrediens, rursusque subsistens tantundem, atque hoc idem saepius faciens, tandem reperit saxum montem, ad cuius radices haud grandis spelunca lapide cludebatur. Quo remoto (ut est cupiditas hominum occulta cognoscere), avidius explorans, animadvertisit grande vestibulum, quod, aperto

[10] *Sicut quidam aiebat: Aderat. Instabat, saevitia quasi virtute utebatur.*

desuper coelo, patulis distusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens [11]: cuius rivum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine eadem, quae genuerat aquas, terra sorbebat. Erant praeterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabrae jam incudes et mallei, quibus pecunia signatur, visebantur. Hunc locum Aegyptiorum litterae ferunt furtivam monetae officinam fuisse, ea tempestate qua Cleopatrae junctus est Antonius.

[11] *Ostendens, palmae speluncae circulum operiebant, sed aperta erat via qua fons videbatur, et ideo dicitur fontem ostendit.*

Hoc locum est ubi S. Paulus se constituit. Palmae sufficiunt ad ministranda necessitatibus suis auxilia. De hoc facto possibilis, probatur ab autore, per exemplum quorundam eremitarum de quibus est noticia.

6. Igitur adamato (quasi quod a Deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus et solitudine duxit aetatem. Cibum et vestimentum ei palma praebebat. Quod ne cui impossibile videatur, Jesum testor et sanctos angelos ejus, in ea eremita parte, quae juxta Syriam Saracenis jungitur, et vidisse me monachos, et videre, e quibus unus per triginta annos clausus, hordeaceo pane et lutulenta aqua vixit, alter in cisterna veteri (quam gentili sermone Syri *gubbam* vocant) quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Haec igitur

incredibilia videbuntur his qui non credunt omnia possibilia esse creditibus.

S. Paulus hac vita coeleste per centum tredecim annos permanet. Ad finem hujus temporis S. Antonius nonagenarius credebat se solum esse eremitam; per revelationem autem aprendit S. Paulum etiam in decreto existere; et ut pergaat ad eum videndum ordinem accepit. Directio viae ei indicatur a quodam monstruo nominato hippocentauro.

7. Sed ut ad id redeam unde digressus sum, cum jam centum tredecim annos beatus Paulus vitam coelestem ageret in terris, et nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur, (ut ipse asserere solebat) haec in mentem ejus cogitatio incidit, nu-

illum ultra se monachum in eremo conse-  
disse. At illi per noctem quiescenti re-  
latum est, esse alium interius (12) multo se  
meliorem, ad quem visendum deberet pro-  
ficior. Illico, erumpente luce, venerabilis  
*senex* infirmus artus baculo regente susten-  
tans, coepit ire velle quo nesciebat. Et jam  
media dies coquente desuper sole fervebat,  
nec tamen a coepito itinere abducebatur,  
dicens, «Credo in Deum meum, quod olim  
conservum, quem mihi promisit, ostendet.»  
Nee plura his (13), censipatur hominem  
equo mixtum, cui opinio poetarum Hippo-  
centauro (14) vocabulum indidit. Quo viso,  
salutaris impressione signi armat frontem, et  
«Heus tu inquit, quanam in parte hic ser-  
vus Dei habitat?» At ille barbarum nescio  
quid infrendens, et frangens potius verba  
quam proloquens, inter horrentia ora setis  
blandum quaequivit alloquium; et dexte-

[12] *Interius, Thebaidae.*

[13] *Suple dixit, vel loquutus est.*

[14] *De his naturalistae plura tradunt.*

rae protensione manus cupitum indicat iter,  
et sic patentes campos volueri transmitens  
fuga, ex oculis mirantis evanuit. Verum  
haec utrum diabolus ad terrendum eum si-  
mulaverit, an (ut solet) eremus, monstruo-  
sorum animalium ferax, istam quoque gi-  
gant bestiam, incertum habemus.

Allud monstrum, satyrum quod-  
nam ad Antonium in selicita-  
tione precum, in nomine saty-  
rorum venit ut pro eis ad Do-  
minum intercedat. Eremita ta-  
lem animalium vel demoniorum  
sumisstionem admirans, super  
civitatem Alexandriae plora-  
vit, quae adhuc deos falsos co-  
lebat. De allio satyro, ab omni  
populo Aontiocheno et Alexan-  
drino visso.

8. Stupens itaque Antonius, et de eo

quod viderat secum volvens, ulterius progreditur. Nec mora (15): inter saxosam convallim haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Ad hoc Antonius spectaculum, scutum, fidei et loricam spei (16), ut bonus proeliator, arripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsides, offerebat. Qno cognito, gradum pressit (17) Antonius, et quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit: «Mortalis ego sum. et unus ex accolis eremi, quos vario delusa errore Gentilitas, Faunos, Satyrosque, et incubos vacans, colit (18). Legatione fungor gregis

[15] *Nec mora, id est, nulla erat mora.*

[16] *I Thessal. V, 8.*

[17] *Gradum pressit, id est, represit, vel sistit gradum.*

[18] *S. Agustinus in civ. Dei XV. c. 23 ait: «Celeberrima fama est, multique se*

mei. Precamur ut pro nobis communem Dominum depreceris, quem iu salutem mundi olim venisse cognovimus; et in universam terram exiit sonus ejus (19). »Talia eloquente, longaevus viator ubertim faciem lacrimis rigabat, quas magnitudo laetitiae indices cordis (20) effuderat. Gaudebat quippe de Christi gloria, et de interitu Sathanae: simulque admirans, quod ejus posset intelligere sermonem, et baculo humum; percutiens, aiebat: «Vae tibi, Alexandria,

*expertos, vel ab iis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse affirmat Silvanos, et Faunos, quos vulgo Incubos vocant, exstitisse.» Quaedam siniorum species, cogitandi occasionem dederunt, eos esse corpora, quibus angeli mali penam suam sustinuerunt.*

(19) *Psalm. XVIII, 5.*

(20) *Cordis, sensations cordis sui.*

quae pro Deo portenta veneraris! Vae tibi, civitas meretrix, in quam totius orbis daemona confluxere! Quid nunc dictura es? Bestiae Cristum loquantur, [et tu pro Deo portenta veneraris].» Nec iam verba compleverat et quasi pennigerovolatu petulcum animal aufugit.

Hoc ne cui ad incredulitatem scrupulum moveant, sub rege Constantio (21), universo mundo teste, defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo vivus perductus magnum populo spectaculum praebuit: et postea cadaver examine, ne calore aestatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, ut ab imperatore videretur, allatum est.

(21) *Imperator Constantius, qui per duodecim annos, in Antiochenam civitatem. Sedem suam transtulerat.*

Post duos dies, vagandi inserte per desertum, lupa quaedam S. Pauli speluncam indicavit. Modum quo receptus est a dio-  
vo Paulo.

9. Sed ut propositum persequar, Antonius coepita regione (22) pergebat, ferarum tantum vestigia intuens, et erimi latam vastitatem. Quid ageret, quo verteret gradum, nesciebat. Jam altera effluxerat dies. Restabat unum, ut deseriri se a Christo non posse consideret. Per noctem secundas in oratione exegit tenebras: et dubia adhuc luce, haud procul intuetur lupam, sitis ardoribus anhelantem, ad radicem mortis irrepere. Quam secutus oculis, et juxta speluncam, cum fera abiisset, accedens, intro coepit aspice e, nihil curiosita-

(22) *Regio, significat directionem.*

te proficiente, tenebris arcentibus visum. Verum, ut Scriptura (23) ait, *perfecta dilectio foras mittit timorem*: suspensi gradu et anhelitu temperato, callidus explorator ingressus, ac paulatim progrediens, saepiusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem per caecae noctis horrorem procul lumen intuitus, dum avidus properat, offenso in lapidem pede, strepitum concitavit: post cuius sonitum beatus Paulus ostium quod patebat occludens, sera osfirmavit. Tunc vero Antoninus pro foribus corruens, usque ad sextam, et eo amplius, horam aditum precabatur, dicens, «Qui sim, unde, eur venierim, nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi video, non recedam. Qui bestias suscipis, hominem cur repellis? Quaesivi, et inveni: pulso, ut aperiatur. (24)

(23) Joann. IV. 18.

(24) Math. V 117.

Quod si nou impetro, hic, hic moriar ante postes tuos: certa sepelies vel cadaver.»

Talia perstabant memorans, fixusque manebat. Ad quem responsum paucis ita reddidit heros (25)

«Nemo sic petit, ut minetar: nemo cum lacrimis calumiam facit. Et miraris si non recipiam, cum moriturus ad veneris?» Sic arridens Paulus patet fecit ingressum. Quo aperto, dum in matuos miscentur amplexus, propriis se salutare nominibus: gratiae Domino in commune referuntur.

### Duorum sanctorum conversatio.

Panis unus fertur eis a corvo.

10. Et post sanctum osculum residens Paulus cum Antonio ita exorsus est: «En-

(25) Duo Virgili vers. Eneide, II, 650,  
et VI, 672

quem tanto labore quaesisti? putribus senectute membris operit inculta canities. En vides hominem, pulverem mox futurum! Verum quia charitas omnia sustinet (26) narra mihi, quaeſo, quomodo se habeat humanum genus: an in antiquis urbibus nova tecta consurgant; quo mundus regatur imperio; an supersint aliqui, qui daemonum errore rapiantur.»

Inter has sermocinationes suspiciunt alitem corvum in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subvolans integrum panem ante ora mirantium depositit; post cujus abſcessum, «Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta jam anni sunt ex quo dimidii semper panis fragmentum accipio: verum ad adventum tuum, militibus suis Christus duplicavit annonam.»

(26) *I Corinh. XIII, 7.*

Alter alterius deferens hunc panem frangere nolet.

S. Paulus panem suum venire cognovit

11 Igitur, Domino gratiarum acctione celebrata, super vitrei marginem fontis uterque consedit. Hic vero, quis frangeret panem, oborta contentio paene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitiū, Antonius jure refelbat aetatis. Tandem consilium fuit ut, apprehensa e regione pane, dum ad se quisque nititur, pars (cuique) sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquae in fonte prono ore libaverunt: et immolates Deos sacrificium laudis, noctem transegere vigiliis. Cumque jam esset terris redditus dies (27), beatus Paulus ad

(27) Terris se crastina reddet. En. VIII, 170.

Antonium sic locutus est: «Olim te, frater, in istis regionibus habitare sciebam: olim te conservum meum mihi promiserat Deus; sed quia jam dormitionis meae tempus advenit, et, quod semper cupiebam, dissolvi et esse cum Christo (28), peracto cursu superest mihi corona justitiae: tu missus es a Domino, qui humo corpusculum meum tegas, immo terre terram reddas»

Novissimae voluntates S.  
Panli, qui Divo Antonio obser-  
crat, se vitae eremitiae, fidelem  
servare.

12 His Antonius auditis, flens et gemens,  
ne se desereret, atque ut comitem talis  
itineris acciperet, precabatur. Et ille.  
«Non debes, inquit, quaerere quae tua sunt  
sed quae aliena. Expedit tibi, sarcina car-

(28) Philipp. 1, 23.

nis abjecta, Agnum sequi: sed et ceteris expedit fratribus, ut quo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem, quaeso, perge, nisi molestum est; et pallium quoltibi Athanasius episcopus dedit, ad obvolvendum corpusculum meum defer.» Hoc autem beatus Paulus rogavit, non quod magnopere curaret, utrum tectum putresceret cadaver, an nudum (quippe qui tanto temporis spatio contextis palmarum foliis vestiebatur), sed ut a se resedenti moeror suae mortis levaretur. Stupefactus ergo Antonius quod de Athanasio et pallio ejus audierat, quasi Christum in Paulo vident, et in pectoro ejus Deum venerans, ultra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lacrimans exosculatis ejus oculis manibusque, ad monasterium, quod postea (30) a Saracenis

(30) Postea, anno ipso ejus mortis, quae fuit, 356.

occupatum est, regrediebatur. Neque vero gressus sequebantur animum: sed cùm corpus inane jejuniis seniles etiam anni frangerent, tamen animo vincebat aetatem.

### S. Antonii Humilitas.

13. Tandem fatigatus et anhelus ad habitaculum suum, confecto intinere, pervenit. Cui cum duo discipuli, qui ei jam longaevo ministrare cooperant, occurserint dicentes, «Ubi tamdiu moratus es, pater?» respondit, Vae mihi peccatori, qui falsum Monachi nomen fero! Vide Eliam, Vide Joanem in deserto, et vere vidi Paulum in Paradiso.» Et sic ore compresso, et manu verberans pectus, ex cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis, ut pleniussimum quidnam rei esset, exponeret. ait, «Tempus tacendi, et tempus loquendio» (31)

(31) Eccles. III, 7.

Pergens denu, ut S. Paulum adhuc viventem inveniret; sed trium horarum spatio itineri remanente, vidit eum inter angelorum, prophetarum et Apostolorum Choros in sublime condescendere.

14. Tunc egredius foras, et ne modicum quidem cibi sumens, per viam qua venerat, regressus est illum sitiens illum videre desiderans, illum oculis ac tota mente complectens. Timebat enim (quod et evenit) ne se absente, Christo debitum spiritum edderet. Cumque jam dies alia illuxiset, et trium horarum spatio iter remaneret, vidit inter angelorum catervas, inter prophetarum et apostolorum choros, niveo canore Paulum fulgentem in sublime condescendere. Et statim in faciem suam pro-

eiden, sabulum capiti superjaciebat, ploransque et ejulans aiebat, «Cur me, Paule, dimittis? Cur insalutatis abis? Tam tarde notus, tam cito recedis?»

Cucurrit in speluncam, et ibi, S. Antonius corpus examine imvenit; sed in actitudine orandi.

15 Referebat postea beatus Antonius tanta se velocitate, quod reliquum erat viae, cucurrisse, ut ad instar avis pervolaret: nec inmerito; nam introgressus speluncam, vidi genibus complicitis, erecta cer-vice, extensisque in altum manibus, corpus examine. Ac primum et ipse vivere eum credens, pariter orabat. Postquam vero nulla, ut solebat (32) suspiria precantis audivit, in flebile osculum ruens, intellectus

---

(32) Ut solebat, (fieri.)

quod etiam cadaver sancti Deum, cui omnia vivunt, officio gestus precaretur

Cum S. Antonius sarculum, non haberet quo terram foderet ad D. Paulum sepeliendum, voluit simul mori; sed statim duo leones mestii auxilium venerunt: foderunt enim speluncam mortui, et justa modum suum benedictionem S. Antonii postulaverunt, quasi mercedem pro opere suo et perrexerunt. At ille in monasterium reversus est, tunnicam S. P. Portans, qua diebus magnis induebatur.

16 Igitur, obvoluto et prelato foracorpore, himnos quoque et psalmos de (33)

---

(33) De, id est, ex vel secundum aliquid.

christiaca traditione decantans, contristabatur Antonius, quod sarculum, quo terram foderet, non haberet. Fluctuans itaque vario mentis aestu et secum muta reputans, dicebat, «Si ad monasterium revertar, quatridui iter est: si hic maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo, ut dignum est, juxta bellatorem tuum, Christe et ruens, extremum halitum fundam.» Talia eo animo volente, ecce duo leones ex interioris eram, parte currentes, volantibus per colla jubis ferebantur: quibus aspectis primo exhorruit; rursusque ad Deum reierens mentem, quasi columbas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu ad cadaver beatis senis substituerunt, adulantibusque caudis circa ejus pedes accubuere: fremitu ingente rugientes, prorsus ut intelligeres eos plangere, quo modo poterant. Deinde haud procul coeperunt humum pedibus scalpere; arenam-

que certatis egerentes, unius hominis capacem locum [34] tolerunt. Ac statim quasi mercedem pro operé postulantes, cum motu arium service dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus ejus pedesque lingentes: ut ille animadverteret benedictionem eos a se precari. Nec mora, in laudatione Christi effusus, quo muta quoque animal a Deum esse sentirent, ait, «Domine, sine ejus nutu nec folium arboris deflit, nec unus passerum ad terram cadit [35], da illis sicut tu scis.» Et manu annuens eis, ut abirent, imperavit. Cumque illi recessissent, sancti corporis oneri (36) seniles curvavit humeros; et deposito eo, effosam

(34) *Locus in quo continentur, seu alio modo, sicut, alicuando dicitur Faciam ut oculi locum apparent.*

(35) *Mat. 10. 29.*

(36) *Oneri, intelligendo etiam susipiendo.*

de super humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius haeres ex intestati bonis non posideret, tunicam ejus sibi vindicavit, quam in sportarum molum de palmac follis ipse sibi contexuerat. Accis ad monasterium reversus, discipulis cuncta ex ordine replicavit (37) diebusque solemnibus Paschae et Pentecostes semper Pauli tunica vestitus est.

Divitiae illius seculi, a S. Hieronimo cum domo eremitica comparantur.

17. Libet in fine opusculi eos interro-gare, qui sua patrimoniam ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui uno lino

(37) *Replicavit, id est in spiritu contem-plare.*

villarum insuant pretia: huic seminudo quid unquam defuit? Vos gemma bibitis; ille naturae concavis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis; ille ne vilissimi quideun indumentum habuit mancipii vestri. Sed e contrario illi paupereulo paradisus patet: vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen servavit: vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo pulvere cooper-tus jacet resurrecturus in gloriam: vos ope-rosa saxis sepultra premunt cum vestris opibus arsuros. Parcite, quaeso, vobis; par-cite saltem divitiis quas amatis. Cur et mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus? cur ambitio inter luctus lacrimasque non cesat? an cadavera divitum nisi in serico putrescere nesciunt?

S. Hieronymi electio.

18. Obscero, quicumque haec legis, ut

Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis ejus; quam regum purpuras poenis suis.

## V.

S. ANTONII VERBUM AD DIDIMUM,  
DE SUA CAESITATE ARGUENS.

(*S. Hieronym. Epistola LXVIII, ad Castricum, vol. 1, pag. 410.*)

Brevem tibi fabulam [1] referam, quae infantiae meae temporibus accidit. Beatus Antonius cùm a sancto Athanacio, Alexandriae episcopo, propter confutationem haereticorum (2) in urbem Alexandriam esset acci-

(1) *Fabula, de re aliqua quae narratur disiur, et est, vel historica vel anecdota.*

(2) *Ariani.*

tus, et isset ad eum Didymus, vir eruditissimus, captus (3) oculis, inter ceteras sermocinationes quas de Scripturis sanctis habebant, cùm ejus admiraretur ingenium, et acumen animi collaudaret, sciscitans ait, «Num tristis es, quod oculis careas?» Cùm ille pudore reticeret; secundo tertioque interrogans, tandem elicuit, ut moerorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius, «Miror, ait, prudentem virum ejus rei dole-re damno, quam formicæ et muscae et culices habent, et non laetari de illius posses-sione, quam Sancti soli et Apostoli meruerunt.» Ex quo pervides quod multo me-lius sit spiritu videre quam carne, et illos oculos possidere, in quos peccati festuca (4) non possit incidere.

---

(3) *Captus, hic pro quacumque infirmitate accipitur. Didymus egregius, propter suas cognitiones et inumerabilia opera, cecus in senectute fuit.*

(4) *S. Luc. VI, 41.*

## VI.

## SS. LAURENTIUS ET SIXTUS.

(S. Ambros. de Officiis I, vol. II, p. 54, 55.)

In Valerianii persecutione, S. Sixtus P. ductus fuit in martyrium anno 258. et 6 de illius imperio. S. Laurentius discipulus ejus, desolatus de sua remansiones obsecrat ei, ut pariter cum ipso, ad martyrium perget.

1. Sanctus Laurentius cùm videret Xystum episcopum suum ad martyrium duci, flere coepit non, passionem illius, sed suam remansionem. Itaque his verbis ap-

pellare coepit: «Quo progrederis sine filio, pater? quo, sacerdos sancte, sine diacono properas tuo? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit, pater? num degenerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisiisti Domini ci sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas? Vide né periclitetur judicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abjectio discipuli detrimentum est magisterii. Quid? quod illustres et praestantes viri discipulorum certaminibus quam suis vincunt; denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum praemisit: et tu, pater, ostende in filio virtutem tuam, offer quem erudiste, ut securus judicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam.»

S. Sixtus videt eum, et ei promittit, ut post tridum, sacram martyri accepit coronam.

2. Tunc Xystus ait: «Non ego te fili, relinquo ac desero; sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes lenioris pugnae cursum recipimus: te quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Mox venies: flere desiste, post tridum me sequeris. Sacerdotem et levitam (5) hic me-

(5) *Levita, Diaconus, hoc, bene à Bene dictinis explicatur: «Quum per Sacerdotem episcopus intelligatur, et per levitam diaconus (num ex Constitutionibus Apostolicis et sancto Hieronymo definitur: Diaconorum ordo ex tribu Levi cepit exordium), apte asseritur inter utrumque tridui interstitium convenire; sunt enim tres in hierarchy distincti gradus: episcopi, presbyteri, diaconi.»*

dius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adjutorem quaeres. Quid consortium passionis meae expectis? Totam tibi haereditatem ejus dimitto. Quid praesentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum praecedant, fortes sequantur, ut vincant sine magistro, qui jam non indigent magisterio. Sic et Elias Eli-saeum reliquit. Tibi ergo mando nostrae virtutis successionem.»

Talis erat contentio, digna sane de qua certarent sacerdos et minister, quis prior pateretur pro Christi nomine.

(S. Ambros. *ibidem*, p. 104.)

S. Laurentius jam captus, ante martyrium suum, ad tesauros Eccletiae liberandos, pauperes omnes ad tyranum duxit, et Perfecto dixit: Ecce Ecclesiae tesaura. Comparatio Sortis Joaquinii, qui principia adversa, sequutus fuit.

3. A martyre Laurentio cùm quaere-

rentur thesauri Ecclesiae, promisit se demonstraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicens, «*Hi sunt thesauri Ecclesiae.*» Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus fides est. Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est (6): *Esuriwi, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me.* Et infra (7): *Quod enim uni horum fecistis, mihi fecistis.* Quos meliores Jesus habet thesauros, quam eos in quibus amat videri? Hos thesauros demonstravit Laurentius, et vicit, quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaque Joachim (8), qui aurum in obsidione servabat, nec dispensabat alimoniae comparandae, et

(6) *Matth. XXV, 35.*

[7] *Ibid. 40.*

[8] *Vide IV Regum XXIV, 6 et seq.*

aurum vidi eripi, et se in captivitate deduci: Laurentius, qui aurum maluit erogare pauperibus quam persecutori reservare, pro singulari suae interpretationes vivacitate(9) sacram martyrii accepit coronam.

[9] *Vivacitas, in SS. PP. dicitur de eo qui spiritum vivificantem habet exemplum. gr. In Arnobio dicitur: Unde vobis tantum sapientiae? unde acuminis et vivacitatis tantum?*

## VII.

## S. IGNATII MARTYRIUM.

[*S. Hieronym. lib. de Viris illustribus, vol. II, p. 855.*]

S. Ignatius, de Antiochia ad Romam misuus fuit, ut ibi ad vestias feroceis traderetur, epistolas septem in via scripsit, magnum documentum de Ecclesiae primitivae fide ac disciplina, testimonium ejus de Christo, narratio ipsius epistolarum, quae aperte demonstrat quantum de martyrio avidus erat.

Ignatius, Antiochenae Ecclesiae tertius post Petrum apostolum episcopus, persecu-

tionem commovente Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos (1), tertiam ad Trallenses (2), quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelpheos (3), et ad Smyrnæos (et proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam), in qua et de Evangelio (4) quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium dicens, *Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi* (5), et credo quia

[1] *Magnesia, civitas Lidiae.*

[2] *Tralles, allia civitas Lidiae, quae hodie vocatur Sultan-Hirsar.*

[3] *Philadelphia, olim capitalis Lidiac.*

[4] *Evangelium, Nazarenorum apelatum.*

[5] *Vidi, id est, per fidem, quia mysterium incarnationis jam operatum erat.*

*sit. Et quando venit ad Petrum, et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, et videte, quia non sum daemonium incorporale. Et estati n tetigerunt eum, et crediderunt.*

Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos scripsit, pauca ponere. *De Syria usque ad Romanam pugno ad bestias, in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est militibus qui me custodiunt. quibus et cum beneficeris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina (6) est; sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quae mihi sunt praeparaiae, quas et oro mihi veloces esse ad interitum, et allicium eas ad comedendum me, ne sicut aliorum martyrum, non audeant corpus me-*

[6] *Doctrina, in disciplinae sensu, seu instructionis.*

*um attingere. Quodsi venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram [7], ut devorer. Ignoscite mihi filoli: quid mihi prosit, ego scio. Nunc incipio [Christi] esse discipulus, nihil de his quae videntur desiderans, ut Jesus Christum inveniam. Ignis, crux, bestiae, confractio ossium, membrorum divisio, et totius corporis contritio, et tormenta diaboli, in me veniant: tantum ut Christo fruar. Cumque jam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Trajani. Reliquiae corporis ejus Antiochiae jacent extra portam Daphniticam (8) in coemeterio.*

[7] *Me ingeram in eos, vel in os eorum.*

[8] *Portam Daphniticam, quae duxit ad viam Antiochiae. Locus celebris propter dissolutiones ibi operatas, sed postea a miraculis S. Babylii sanctificatus.*

## VIII.

EXEMPLA  
POTENTIAE MARTYRUM

(*S. Augustin. de Civitate Dei XXII, vol. VII, p. 667 seqq.*)

Fiducia, qua quidam pauper homo ad martyres viginti confugitur; Justificatus et compensatus est.

1. Erat quidam senex Florentius Hippo-nensis (1) noster, homo religiosus et pauper; sartoris se arte pascebatur, casulam [2]

[1] Hippo. hodie S. Agustini civitas.

[2] Sacerdotale vestimentum.

perdiderat, et unde sibi emeret, non habebat: ad Viginti Martyres, quorum memoria [3] apud nos est celeberrima, clara voce, ut vestiretur, oravit. Audierunt eum adolescentes, qui forte aderant, irrisores; eumque discendentem exagitantes prosequabantur; quasi a Martyribus quinquagenos folles (4), unde vestimentum emeret, petivisset. At ille tacitus ambulans, ejectum grandem pisces palpitantem vidi in littore, eumque, illis faventibus atque adjuvantibus, apprehendit, et cuidam coquo Catoso nomine, bene christiano, ad coquinam conditariam (5)

[3] Memoria, seu monumentum, vel Capela ubi sanctorum reliquiae depositantur.

[4] Folles, nomen eiusdem montis parvuli.

[5] S. Agustinus Forcellini explicacionem sequens dixit: Tabernam ubi cocti et conditi cibi prostabant.

indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam comparare inde disponens, ut uxor ejus, quomodo posset, ei quo in dueretur efficeret. Sed coquus concidens pisces, annulum aureum in ventriculo ejus invenit, moxque miserationem flexus, et religione perterritus, homini eum reddidit, dicens, «Ecce quomodo Viginti Martyres te vestierunt.»

### Curationes, Per reliquias S. Stephani operatae.

2. Ad Aquas Tibilitanas (6) episcopo afferente Praejecto reliquias martyris glo-

[6] *Tibilis, est quaedam villa inter Constantiam et Bonam possita; hodie Hamisa vocatur; ad sud-est hujus villae, aquae thermales inveniuntur, et ideo Aquae Tibilitanae appellantur.*

riosissimi Stephani, a*l* ejus memoriam veniebat magnae multitudinis concursus et occursus. Ibi caeca mulier, ut ad episcopum portantem (7) duceretur, aravit: flores quos ferebat dedit; recepit, oculis admovit, protinus vidi. Stupentibus qui aderant, praeibat exsultans, viam carpens, et viae ducem alterius non requires.

3. Eucharius est presbyter ex Hispania; Calamae habitat; veteri morbo calculi laborabat; per memoriam supradicti martyris, quam possidius illo advexit episcopus, salvus factus est. Idem ipse postea, morbo alio praevalente, mortuus sic jacebat, ut ei jam pollices ligarentur: opitulatione memorati martyris, cùm de memoria ejus reportata fuisse et super jacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica suscitatius est.

[7] *Portantem [illas reliquias.]* S. 8.

Martialis, nimis obstinatus, ad christianismum, propter S. Stephani intercessionem, miraculoce convertitur.

4. Fuit ibi vir in ordine suo primarius nomine Martialis, aeo jam gravis, et multum a religione abhorrens christiana. Habebat sane fidelem filiam, et generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum aegrotantem multis et magnis lacrimis rogarent, ut christianus fieret, prorsus abnuit, eosque atque turbida indignatione submovit. Visum est genero ejus, ut iret ad memoriam sancti Stephani, et illic pro eo quantum posset oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Feicit hoc ingenti gemitu et fletu, et since-

riter ardente pietatis affectu: deinde abscedens, aliquid de altari florum, quod ocurrerit, tulit; eique, cum jam nox esset, ad caput posuit: tum dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat, ut ad episcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hippomen. Cum ergo audisset eum absentem, venire presbyteros postulavit. Venierunt, credere se dixit, admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hoc, quamdiu vixit, in ore habebat: «*Christe, accipe spiritum meum;* » cum haec verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est a Judaeis, ultima fuisse nesciret; quae huic quoque ultima fuerunt: nam non multo post, etiam ipso defunctus est.

Alliae curationes, per martyrii  
ipsius interseccionem.

5. Auduros nomen est fundi, ubi ecclesia est, et in ea memoria Stephani martyris. Puerum quemdam parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant, rota obtriverunt, et confessim palpitavit exspirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit; et non solum revixit, verum etiam illaesus apparuit.

6. Sanctimonialis quaedam in vicina possessione, quae Caspaliana dicitur, cum aegritudine laboraret, ac desperaretur, ad eamdem memoriam tunica ejus allata est: quae antequam revocaretur, illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver ejus parentes, et recepto spiritu salva facta est.

7. Apud Hippone Bassus quidam Sy-

rus ad memoriam ejusdem martyris orabat pro aegrotante et periclitante filia, eoque secum vestem ejus attulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerent, qui ei mortuam nuntiarent. Sed cum, orante illo, ab amicis ejus exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset jam suorum ejulatibus personantem, et vestem filiae quam ferrebat, super eam projecisset, redditia est vitae.

Duae alliae curationes per martyrem ipsum operatae, adstantibus S. Agustino et illo fidelium caetu.

8. Unum est apud nos factum, non magis quam illa quae dixi, sed tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbi-

trer esse Hipponeum, qui hoc non vel viderit, vel didicerit, nullum qui obliisci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres (quorum septem sunt mares, tres feminae) de Caesarea (8) Cappadociae, suorum civium non ignobiles, maledicto matris recenti, patris eorum obitu destitutae, quae onjuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali poena sunt divinitus coerciti, uthorribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua foedissima specie oculos, suorum civium non ferentes, quaquamversum cuique ire visum est, toto paene invagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater et soror, Paulus

[8] Casarea, antiqua regnum cappadociae residentia, usque nunc vocatur etiam Kaisarich nomen ejus primum Maracae erat et postea in Caesari Agusti honorem Caesarea dicta fuit.

et Palladia, multis aliis locis miserie diffamante jam cogniti. Venerunt autem ante Pascha ferme dies quindecim, ecclesiam quotidie, et in ea memoriam glorioissimi Stephani frequentabant, orantes ut jam sibi placaretur Deus, et salutem pristinam redderet. Et illic, et quacumque ibant, convertebant in se civitatis adspectum. Nonnulli qui eos alibi viderant, causamque tremoris eorum noverant, aliis, ut cuique peterant indicabant. Venit et Pascha, atque ipso die dominico mane, cum jam frequens populus praesens esset, et loci sancti cancellos, ubi martyrium erat, idem juvenis orans teneret, repente prostratus est, et dormienti simillimus jacuit: non tamen tremens, sicut etiam per somnum solebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis paventibus, aliis dolentibus, cum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, et potius exitum exspectandum esse dixerunt.

Et ecce surrexit et non tremebat, quoniam tanatus erat, et stabat in columis, intuens intuentes. Quis ergo se tenuit (9) a laudibus Dei? Clamantium gratulantiumque vocibus ecclesia usquequaque completa est. Inde ad me curritur, ubi sedebam jam processurus: irruit alter quisque post alterum omnis posterior quasi novum, quod alias prior dixerat, nuntiantes (10): meque gaudente et apud me (11) gratias Deo agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinans ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum; plena erat ecclesia, personabat vocibus gaudiorum,

---

[9] Tenuit, pro continuo, seu abstinuit.

[10] Nuntiantes, quia verba omnis posterior, ad pluralitatem ducunt.

[11] Apud me, id est, in animo meo, in me.

Deo gratias! Deo laudes! nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutavi populum, et rursus eadem ferventiore voce clamabant. Facto tandem silentio, Scripturarum divinarum sunt lecta solemnia. Ubi autem ventum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore et pro illius jucunditate laetitiae. Magis enim eos in opere divino quandam Dei eloquentiam, non audire, sed considerare permisi. Nobiscum homo prandit, et diligenter nobis omnem suae ac maternae fraternaeque calamitatis indicavit historiam. Sequenti itaque die, post sermonem redditum, (12) narrationis ejus libellum in crastinum populo recitandum promisi. Quod cum ex dominico Paschae die tertio fieret in gradibus exedrae, in qua de superiore loquebar loco,

---

[12] Redere pro praebere dicitur cum res est ex officio, seu aliquo modo debitum.

feci stare ambos fratres, cùm eorum legetur libellus. Intuebatur populus universus sexūs utriusque, unum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipsum non viderant, quid in eo divinae misericordiae factum esset, in ejus sorore cernebant. Videbant enim quid in eo gratulandum, quid pro illa esset orandum. Inter haec recitato eorum libello, de conspectu populi abire eos praecepi; et de tota ipsa causa aliquanto diligentius caeperam disputare, cùm ecce, me disputante, voces aliae de memoria Martyris novae gratulationis audiuntur. Conversi sunt eo qui me audiebant, coeperuntque concurrere. Illa enim, ubi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctum Martyrem orare perrexerat. Quae mox ut cancellos attigit, collapsa similiter velut in somnum, sana surrexit. Dum ergo requiriemus quid factum fuerit, unde iste strepitus lactus extiterit, ingressi sunt cum

illa in basilicam, ubi eramus, adducentes eam sanam de Martyris loco. Tum vero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cum lacrimis non videretur posse finire. Perducta est ad eum locum, ubi paulo ante steterat tremens. Exsultabant eam similem fratri, cui doluerat remansisse dissimilem: et nondum fusas preces suas pro illa, jam tamen praeviā voluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exsultabant in Dei laudem voce sine verbis, tanto sonitu, quantum aures nostrae ferre vix possent. Qui erat in cordibus exsultantium, nisi fides Christi, pro quo Stephani sanguis effusus est?

## IX.

RELATIO PAULI DE SUA EGRITU-  
DINE, NECNON DE SUA CURA-  
TIONE.

(S. Agustin. Serm. CCCXXII, vol. V,  
p. 1276.)

Exemplar libelli a Paulo dati Au-  
gustino episcopo.

Rogo, domine beatiissime papa Augus-  
tine, ut hunc libellum meum, quem ex  
praecepto tuo obtuli, sanctae plebi jubeas  
recitari.

Cum adhuc in patria nostra Caesarea  
Cappadociae moraremur, frater nostre na-  
tu major gravibus atque intolerandis com-

munem matrem affecit injuriis, in tantum  
ut ei etiam manus non dubitaret inferre.  
Quod nos omnes filii pariter congregati pa-  
tienter tulumus, ut ne verbum quidem fra-  
tri nostro pro matre nostra, cur hoc faceret,  
dixerimus. Illa autem feminei doloris sti-  
mulis incitata, injuriosum filium maledi-  
cendo punire constituit. Cumque ad sacri  
Baptismatis fontem post gallorum cantus  
memorato filio suo iram Dei imprecatura  
properaret, tunc ei nescio quis in patru  
nisti similitudine (ut intelligitur) dæmon  
occurrit, et ab ea prior quo pergeret requi-  
sivit. Cui illa, ad maledicendum filio suo  
ob intolerabilem contumeliam se ire, res-  
pondit. Tunc autem ille inimicus, quoniam  
in mulieris corde insaniente locum facile  
invenire potuit, ut omnibus malediceret per-  
suasit. Illa autem, vipereis inflammatu  
consiliis, sacrum fontem provoluta corripuit,  
et sparsis crinibus nudatisque brachiis hoc

a Deo potissimum postulavit, ut extores patria et circumvenientes alienas terras, omne hominum genus nostro terroremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta prosequitur, eundemque continuo fratrem nostrum, ætate culpaque majorem, tremor membrorum tantus invasit, quantum in me usque ante hoc triduum vestra sanctitas vidi. Servato autem ordine, quo natu eramus, intra unum annum eadem nos poena omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones suas ad tantam efficaciam pervenisse, impietatis suæ conscientiam et opprobrium hominum diutius ferre non potuit: sed laqueo guttur astringens, luctuosam vitam termino funestiore conclusit. Egressi ergo nos omnes, opprobium nostrum non ferentes, et communem patriam reliquentes, passim sumus per diversa dispersi. Ex nobis autem omnibus decem fratribus, qui nascendi quoque ordine primi sequitur,

ad gloriösi martyris Laurentii memoriam, quæ apud Ravennam nuper collocata est, sicut audivimus, meruit sanitatem. Ego autem, qui nascendi ordine sum sextus illorum, cum hac sorore mea, quæ me ætate subsequitur, ubicumque gentium, ubicumque terrarum loca esse sacra, in quibus operaretur Deus miracula, comperisset, magnō desideratæ sanitatis amore carpebam iter. Sed ut de ceteris celeberrimis sanctorum locis taceam, etiam ad Anconam, Italæ civitatem, ubi per gloriosissimum martyrem Stephanum multa miracula Dominus operatur, eadem circuitione perveni. Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco divina prædestinatione servabar. Nec Uzalim civitatem Africæ prætermisi, ubi beatus martyr Stephanus magna prædicta frequenter operari. Verumtamen ante hos tres menses, id est, calendarum januariarum die, tam ego quam soror mea, quæ

hicmecum est, eadem adhuc passione detenta, evidenti sumus visione commoniti. Ait enim mihi quidam aspectu clarus, et candido crine venerabilis, quod intra tertium mensem desiderata esset mihi sanitas adfutura. Sorori autem meae in visione sanctitas tua in ea effigie, in qua te praesentes videmus, apparuit: per quod nobis significatum est, ad istum locum nos venire debuisse. Nam et ego beatitudinem tuam saepius postea videbam per alias civitates in itinere, quo veniebamus, talem prorsus, qualem modo conspicio. Admoniti ergo evidenti auctoritate divina, ad hanc venimus civitatem ante dies ferme quindecim. Passionis meae vel oculi vestri testes sunt, vel miserabilis soror mea quae ad eruditio nem omnium, communis mali praebet exemplum: ut qui in illa qualis ego fuerim vi dent, in me quantum per Spiritum sanctum suum Dominus sit operatus, agnoscant. Ora-

bam ego quotidie cum magnis lacrimis in loco ubi est memoria gloriosissimi martyris Stephani. Die autem dominico Paschæ, sicut alii qui praesentes erant, viderunt, dum orans cum magno fletu cancellos te-neo, subito cecidi. Alienatus autem a sensu, ubi fuerim nescio. Post paululum as surrexi, et illum tremorem in corpore meo non inveni. Huic itaque tanto Dei beneficio non ingratus, hunc libellum obtuli; in quo etiam quae de nostris calamitatibus ignorabatis, et quod de mea incolumitate et salute cognovistis, exhibui ut et pro mea sorore orare dignemini, et pro me agere Deo gratias.

## X.

## VULPES:

Malorum christianorum hereticorumque emblemata.

*Vulpes foveas habent et volucres coeli nidos, et Filius hominis non habet ubi caput reclinet* (1). Videte cui rei subtiliter comparetur scriba. Est enim hoc genus animalis fallax, et rapinam semper intentum, rapinam fraude exercens, quod nihil tutum, nihil otiosum, nihil patiatur esse securum, quod inter ipsa quoque hominum domicilia praedam requirat. Quam comparationem

[1] Mat. VIII, 20. D. N. Jesu christi responso quae dedit ei qui dixit: Magister sequar te quo cumque ieris.

non solum propter illum scriptam puto, sed propter plerosque etiam christianos, qui ore quidem Dominum confitentur, moribus autem vulpium fallacia diversantur. Omnis enim christianus, qui vult sua peccata celare, hic spiritualiter vulpis est. Sicut enim vulpis propter fraudes suas latibilis demoratur; ita et peccator tacens propter conscientiam suorum peccatorum foveis delitescit. Et si enīlā non audet inter medias hominum turbas morum suorum ostentare fallaciam; ita et hic erubescit in media ecclesia conversatio nis suae nequitiam confiteri. Vulpem plane diixerint omnem christianum qui suo insidiatur vicino, qui quotidie nititur fines alienos arrodere, fructus invadere, animalia devorare, et quod est familiare huic tempori, non tam vulpium more pullos (2), sed luporum more rapere.

[2] Pulus, in significatione pullucuti,

porcos: qui, dum suo labore possit vivere, ferarum rabie praedam captat alienam. Haereticos etiam omnes arbitror vulpibus comparandos, qui cum in domo Domini habitare non possint, conventicula sibi quae-dam velut soveas praeparant tenebrosas, in quibus pertinaciter latentes insidiantur Ecclesiae, ut si qua innocens anima forte processerit, velut pullum galinae matris absorbeant. Insidiantur, inquam, vulpes Ecclesie, hoc est, evangelicae illi gallinae, de qua ait Dominus (3): *Quoties volvi congregare filios tuos sicut gallina colligit pullos suos sub alas suas!*

Vitemus ergo, fratres, vitemus pestiferos vulpium insidianium dolos, vitemus morti-

*S. Ambrosius fert sic. In traductione quadam antiqua etiam dicitur; Tertio Pullo tem me negabis, in substitutione: tertio galli cantu*

[3] *Matt. 4. XXIII. 37.*

feras nequissimorum animantium captiones, ne sicut vulpes quondam, quas Sanson ille fortissimus in agro Philistinorum armatas facibus immisit (4), quae omnia combussére flamis, quae contigere vestigiis; ita fructus nostrarum segetum perversorum dogmatum vulpes aut insidiarum deceptione capiant, aut flammarum adustione consumant. Simus ergo, ut legimus, et simplices ut columbae, et astuti ut serpentes (5), ut simplicitatem scilicet columbarum serpentum tueatur astucia, et ita malum facere nesciamus, ut tamen vitare possimus.

[4] *Judic. XV.*

[5] *Math. X, 16.*

## XI.

ROSA

VITÆ HUMANÆ EMBLEMA.

[*S. Ambros. Hexaem. III, vol. I, p. 51.*]

Surrexerat ante floribus immixta terrenis sine spinis rosa, et pulcherrimus flos sine ulla fraude (1) vernabat: postea spina sepsit gratiam floris, tanquam humanae speculum proferens vitae, quae suavitatem perfunctionis (2) suaे finitimiſ curarum stimulis saepe compungat. Vallata

[1] Sine fraude, *id est*, sine ocatione periculi, sine accione mali, espretio quae jam in lege antiqua inveniebatur.

[2] Perfunctionis, nihil alind significat quam adimpletio missionis sua: perfungi vita simpliciter est synonymum de transigere vitam.

## VITÆ HUMANÆ EMBLEMA. 135

est enim elegantia (3) vitae nostræ et quibusdam sollicitudinibus obsepta, ut tristitia adjunta sit gratiae. Unde cùm unusquisque aut suavitate rationis (4), aut prosperioris cursus successibus gratulatur (5), meminisse culpæ eum convenit, per quam nobis, in paradisi amoenitate florentibus, spinae mentis animaque sentes jure condemnationis ascripti sunt. Irrutiles (6) igitur licet, o homo, aut splendore nobilitates, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est, semper est sentis; semper inferiora tua respice; super spinas germinas, nec prolixa gratia manet: brevi unusquisque, decurso aetatis flore, marcescit.

[3] *Pulchritudo.*

[4] *Rationis, idest, ussum rationis per quaem homo est Dominus alliarum rerum.*

[5] *Gratulari, jam à primo seculo dicebatur pro sibi gratulari, se feliciter de.....*

[6] *Rutilus et rutilare, particulariter designat flamam quam ignis projicit.*

## XII.

## AGNUS,

(S. Ambros. *ibidem VI*, p. 122.)

Quid agniculis simplicius, quos minusculae parvorum comparamus innocentiae? Saeppe ex his in magno grege agniciulus per ovilia tota vagatus errat a (1) matre; et cum eam reperire non possit, balatu frequenti absentem citat (2), ut responsurae vocem excitet, quo ad ejus sonum errabunda replicet vestigia. Multis licet versetur in millibus ovinum, recognoscit vocem parentis, festinat ad matrem, lactis quoque materni notos sibi fontes requirit: quamvis cibi desiderio teneatur et potus, transcurrit

[1] Separatus a.....

[2] Vocat.

## AGNUS.

## 137

tamen aliena ubera gravida, licet humore lactis exudent; solam matrem requirit, solius sibi materni uberis pauperes succos significat abundare. Illa quoque inter multa agniculorum millia solum filium novit: unus plurimorum balatus eadem species; illa tamen foetum suum discernit a ceteris, et solum filium tacito pietatis testimonio recognoscit. Pastor errat in discretione ovium; agnieulus in agnitione matris nescit errare. Pastor fallitur specie; sed ovis pietate non fallitur. Unus odor omnibus, sed tamen habet natura odorem suum domesticum, quem soboles cara speciali quamdam videtur proprietate redolere.

## XII.

## URSUS.

[*S. Ambros, ibid V, p. 89, 90.*]

1. Echinus animal exiguum, vile ac despicabile (maritimum loquor,) plerumque index futuræ tempestatis, aut tranquilitatis annuntius (1) solet esse navigantibus. Denique cùm procellam ventorum præsenserit, calculum validum arripit, eumque velum saburram vehit, et tanquam ancoram trahit, ne excutiatur fluctibus. Itaque non suis se librat viribus, sed alienæ stabilitatis regitur pondere. Quo indicio nautæ velut signum futuræ perturbationis capessunt, et sibi præcavent, ne eos (2) imparatos turbo impro-

1. Annuntium, est verbum novum.

2. Eos, seu sc̄e, vel ipsos.

visus inveniat. Qui mathematicus (3), qui astrologus, quiva Chaldaeus sic potest siderum cursus, hos coeli motus et signa comprehendere? Quo ingenio ista collegit(4)? quo doctore percept? quis ei fuit tanti interpres auguri? Sæpe homines confusionem aeris vident, et sæpe falluntur, quod plerumque ea sine tempestate discutiatur: echinus non fallitur, echinum sua nequaquam signa prætereunt (5).

2. Unde ex quo animali tanta scientia, ut futura prænuntiet? Quo magis in eo nihil est quo tantam possit habere prudentiam, crede quod per indulgen-

---

3. Genethliaque, astrologus qui aperit horoscopum allicujus in nativitate sua. Terminus sequens est generalis, quod tan Greci quam Latini scrivantibus sideribus dant.

4. Colleget, scit ursus.

5. Non prætereunt, ne illi evadant.

tiam Domini rerum omnium id quoque præscientiae hujus munus acceperit. Etenim si foenum Deus sic vestit, ut miremur (6); si pascit volatilia (7); si paravit corvo escam, pulliem ejus ad Dominum clamant (8); si mulieribus dedit texturæ sapientiam; si araneam, quæ tam subtiliter ac docte laxos casses suspendit in foribus, sapientiae non reliquit inveniunem; si ipse virtutem equo dedit, et solvit de cervice ejus formidinem, ut exultet in campo, et ocurrans regibus irrideat, odoretur bellum eminus, excitetur sono tubae (9); si haec irritationabilia pleraque, et alia insensibilia,

---

6. *Math. VI. 30.*

7. *Ibid. 26.*

8. *Job. XXXVII. 41.*

9. *Haec verba speciosa, sumpta sunt de libro Job. XXXVIII, 19 et seq.*

ut foenum et lilia (10), replevi, suae dispositione sapientiae; quid dubitamus quod etiam echinum contulerit hujus gratiam; præscientiae? Nihil enim inexploratum, nihil dissimulatum (11) reliquit. Omnia videt, qui pascit omnis; omnia replet sapientia, qui omnia in sapientia fecit, ut scriptum est. Et ideo, si echinum visitationis suae exortem non praetermisit, si eum considerat et futurorum informat industriis; tua non consideret? Imo vero considerat, sicut testatur ejus divina Sapientia dicens: "Si respicit volatilia, si "pascit illa, nonne vos pluris estis illis? "Si faenum agri quod hodie est, et cras in "ignem mittitur, Deus sic vestit, quanto ma-  
"gis vos, modicae fidei?"

---

10. *Math. VI. 28.*

11. *In sensu de neglectum.*

## XIII.

## CICADA.

[*S. Ambrosii Epist. XXVII vol. II,  
p. 903.*]

Triste hominum vitae vanitas. S.  
Doctor, haec vita, vitae cica-  
darum comparat.

Quid igitur nobis eum istias sae-  
li vita, in qua est tentatio? immo ipsa vita  
hominis tentatio est, et exilior quam sermo  
fabularum [1]: habitare in luteis domibus,  
dies et noctes in lucris ponere, et de lucris

(1) Sermo fabularum, *id est*, simple-  
ses conversationes quotidianaæ.

semper cogitare, et sicut mercenarius diur-  
nam mercedem quaerere atque, ut cicadas  
aiunt, aura quadam pasci (2) cupiditatum.  
Vere sicut cicadae, quia de die in diem vi-  
vunt, questo rumpuntur [3] suo. Quid  
enim aliud sunt homines nullius ponderis,  
nullius disciplinae (4), nisi ut videantur  
sicut cicadae, et mortem nati diurnam,  
strepentes magis, quam loquentes? qui  
sub ardore ferventium cupiditatum se mul-


---

[2] Cicadas aura pasi. *cicadae [justa  
naturalistæ] non paciscuntur nisi cum rosa.*  
*Plinius de hoc exhibet rationem (Hist. nat.  
XI, ch. 32): Excitatae quum subrolant,  
humorent reddunt, quod solum argumen-  
tum est rore eas ali. Qui hoc nesciebant,  
cicadas de aere nutrire dicebant.*

[3] Allusio de ver. *Virgili Geor. III.  
328.*

(4) *Instructionis.*

ceant cantu sibi noxio, statimque occidant,  
nullum fructum ferentes, nihil habentes  
gratiae. Horum igitur viae [5] noxiae  
tortuosaeque serpentium, qui venenatu lapsu [6] corporis sese trahunt, atque in spi-  
ram nequitiae sese colligunt, et erigere  
non queunt ad coelestia.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

[5] *Supl. sunt.*

(6) *Prolapsus.*

## XV.

## COLUMBA.

*Christiani exemplum.*

Quare Spiritus S. cum visibili-  
ter aparuisset, venerit sub  
specie colum bae. Illi qui de  
columbis vel de ovibus ni-  
hil habent, in Ecclesiae uni-  
tate remanentes non sunt;  
sicut et contra, boni ab ea se-  
parari non posunt.

In columba venit Spiritus sanctus: sim-  
plex animal et lactum, non felle amarum  
[1]. non morsibus saevum, non unguium

(1) Tertullianus, sensum ipsum expri-  
mit, in libro suo de anima, ait: Spirit.  
10.

laceratione violentum, hospitia [consuevit] humana diligere, unius domus consortium nosse [2]; cùm generant, simul filios edere; cùm commeant, volatibus invicem cohaerere, communi conversatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia unanimitatis implere. Haec est in Ecclesia noscenda simplicitas, haec charitas obtainenda, ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo et lenitas agnis et ovibus aequetur. Quid facit in pectore christiano luporum feritas, et canum rabies, et venenum letale serpentum, et cruenta saevitia bestiarum? Gratulandum est cùm

---

*S. figura columbae delapsus in hominem,  
ut natura Spiritus sancti declararetur per  
animal simplicitatis et innocentiae.*

[2] *Hoc est quod Plinius clarius ex-  
primit cum ait: comunem servant domum.*

tales de Ecclesia separantur, ne columbas, ne oves Christi saeva sua et venenata contagione praedentur. Cohaerere et conjungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum serenitate, pugna cum pace, cum foecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere: triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatum procella subvertit; inanes paleae tempestate jactantur, invalidae arbores turbinis incursione everuntur. Hos [3] execratur et percutit Joannes apostolus [4] dicens, *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansis-*

---

[3] *Hos, id est, quos S. Doctor per metaphoras paleae et invalidae arbores designat.*

[4] *Joa. II. 19.*

*sent utique nobiscum.* Hinc haereses et factae sunt frequenter et fiunt, dum per-versa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem.

## XVI.

S. GENESIUS.

(Acta martyrii sincera, 256-257.)

## Passio Sancti Genesii ex mimo martyr.

1. Beatus Genesius cùm esset in urbe Roma magister mimithymelicae [1] artis

(1) *Mimithymelicus, de mimo et de thy-mele deribatur. Stratum quo mimisi seu gladiatores suam professionem exercebant. Magister hic accipitur in sua propria significacione, ut opositum discipulo cui docetur. Redactor de S. Gen. actibus, hic in una phrase omnes circumstancias S. conversioni precedentes copulare voluit.*

[qui stans cantabat super pulpitum [2] quod *thymele* vocabatur, et rerum humana-rum erat imitator], et quadam die cùm vellet Diocletiano imperatori ludum exhibere de mysteriis christianaे observantiae [3], utpote saevissimo tyranno, cui Christiani exosi erant, et hujus rei gratia, spec-tante Imperatore et omni populo, in medio theatri quasi aegrotus decumbens se posceret baptizari, mimum in haec verbi propositus [4]: ‘Eia nostri, gravem [5] me


(2) Super pulpitum, stans: *ut Titus Liv. dixit: Pars maxima super theatrum circaque consistunt.*

(3) *Observantia, in significatione cul-tus, quod non invenitur nisi in finem primi saeculi.*

[4] *Mimum... proposuit (seu exhibuit)*

[5] *Gravis, pondus capitinis, fortitudi-nis exarstus: verbum illud positum est, ad verba lusoria sequentia amena redere.*

sentio, levem me fieri volo. Illi responderunt: "Quomodo te levem facimus, si gravis es? Nunquid nos fabri sumus, et ad runcinam te missuri sumus?" Haec verba exhibuerunt populo risum. Genesius iterum: "Vesani, chistianus desidero mori." — "Quare? inquiunt. Quibus Genesius: "Ut in illa die veluti fugitivus in Deo inveniar [6]."




---

[6] *Fugitivi ut de punitionibus quae imminent eis evadant, in templum confun-  
giuntur et sub Dei protectione ponuntur.  
Mimicus similliter vult, diem judicii cum in  
templo invenire, velut fugitiivus ibi inventus.*

S. Genesius interea sacras ceremonias de hoc modo laceserat, fides ad animum permanare, et exorcistae vere, non ut mimicus sed in persuasionis plenitudine respondit.

2. Evocato autem presbytero et exorcista, repente, Deo inspirante, credidit. Nam illi juxta lectum ipsius cùm ressedissent, dicunt ei: "Quid ad nos misisti, filiole?" Genesius jam non simulate ac ficte, sed ex puro corde respondit: "Quia acci-  
"pere cupio gratiam Christi, per quam re-  
"natus liberera ruina iniquitatum mea-  
rum." Cùmqne Sacramentorum mysteria  
compléssent, et indutus vestibus albis es-  
set, velut per ludum a militibus raptus et,

ad similitudinem sanctorum Martyrum, de Christi discutiendus nomine Imperatore fuissest exhibitus, stans in editiori loco, ita concionatus est.

Collocutio quae de scenae altitudine, Imperatori simulque populo compellit. Visio per quam ille conversus fuit.

3. "Audi, Imperator, et omnis exercitus, sapientes et populi hujus orbis. Ego quotiescumque christianum vel nominatum audivi, exhorrii, et in confessione permanentibus insultavi. Ego etiam parentes meos et affines, causa christiani

"nominis, execratus sum, et in tanta derisione habui christianos, ut mysteria eorum diligenti examinatione perquirerem, ut ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem [7]. At ubi me aqua nudum tetigit, et interrogatus credere me respondi, vidi super me manum coelitus venientem, et Angeli radiantes super me stetisse, qui omnia peccata quae ab infantia feci, recitaverunt de libro: quae mox in ipsa aqua laverunt, qua in conspectu vestro perfusus sum, et me miseri candidorem nive postmodum ostenderant. Nunc igitar, inclyte Imperator, et vos omnes populi, qui de his mysteriis risistis, mecum credite verum Dominum esse Christum: hunc esse lumen,

[7] Pro exhiberem, hoc pleonasmum in patribus frequenter invenitur, et nos de ille plurima exempla habemus.

“hunc esse veritatem, hunc esse pietatem,  
“et per ipsum vos ad indulgentiam posse  
“pertingere.”

Martyrium S. Genesii, nec non  
eius fortitudo. In actibus  
sanctorum relatum est, hoc  
martyrium anno 303 acci-  
disse, sed postremae conqui-  
sitiones probabilitatem faciunt  
eum multo ante, id est, anno  
286 fuisse.

4. Ad haec imperator Diocletianus ve-  
hementissime indignatus, statim eum fus-  
tibus crudelissime caesum Plautiano pre-  
fecto tradidit ad sacrificia compellendum:  
a quo in equuleo suspensus, et unguilarum  
dintissima laeratione vexatus, lampadibus

etiam inflamatus (8), cum in fide persis-  
teret dicens, “Non est rex praeter eum  
“quem vidi; et adoro et colo eum: et pro  
“ejus cultu si millies occidat, ipsius ero ut  
“coepi. Christum mihi de ore, Christum  
“mihi de corde auferre tormenta non po-  
“terunt. Valde enim poeniteo (9) me er-  
“rasse, quod ante nomen sanctum in homi-  
“nibus sanctis exhorri, et tardius ad ado-  
“randum verum Regem superbus miles ac-  
“cessi.” Martyrii coronam capitis obtrun-

---

[8] Lampadibus inflammatus, *species*  
*torturæ quam Seneca sic describit: Circum-  
da, defixis corporibus ignes: Et Jubens sic:*  
*In taeda lucent, stantes ardent, fixo gutture*  
*fumant. Tertul. eliam sic: Ad stipem de-  
pincti lamentorum ambitu exurimur.*

[9] Paeniteo, *pro verbo personale, ar-*  
*chaismum est, quod in paucis clasisis inve-*  
*nitur.* ®

catione meruit, Plautiani praefecti jussu decollatus octavo kaleodas (10) septembres.

## XVII.

[*S. Maximi Sermo LXXV, p. 592.*]

ORATIO S. CYPRIANI  
PANEGIRYCA.

S. Cyprianus suos concivios tam per verbum quam per suam vitae sanctitatem edificabat. Posteritas eum honnorat, in reminicentiae suorum operum, nec non martyri sui.

Quanti meriti, fratres carissimi, beatus

[10] *Pro octavo (die ante) kalendas Sep. id est XXV Agust. Nomina mensium omnia pro adjectivis sumuntur: ratio qua dicitur, kalendae Septembres, Juniae &c.*

Cyprianus, quantaeque sit gloriae, et venerabile ejus martyrium et nota omnibus doctrina testatur. Nec enim extraneis eget laudibus, quem apud omnes homines magnificentia proprii sermonis illustrat. Denique ut tantus ad nostram quoque perveniret aetatem, admiranda eloquentiae ejus monumenta fecerunt; nam dum creditos sibi populos in observantiam coelestium mandatorum solitus magister erudit, suam ad posteros vitam fidemque transmisit.

Quod ita esse omnis mecum studiosus agnoscit, quoniam in libris ejus advertitur quanta in illo fuerit castitatis puritas, sanctitas bonitatis, fidei magnitudo. Nam dum peccantium vitia severa objurgatione castigat, dum sanctorum merita digna laude prosequitur, coelestem inesse cordi suo aperit disciplinam. Unde hic sine dubio ex illis est fratribus, de quibus dictum est per

prophetam (1): *In omnem terram exibit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum.* Exivit utique in omnem terram sonus beatissimi Cypriani, quoniam sub universo coelo, et passionis ejus (2) innotuit gloria, et clarissimae linguae ejus tuba personuit. Et vere tubae sermonis ejus clangor [3] increpuit, cum, Eclesiam Dei spirituali proelio decertantem adversus minas terroresque gentilium sonitu coelestis elo-

[1] Psalm. XVIII, 5. Fratribus, S. Paulus, haec verba, Sanctis Apostolis et primis confessoribus, purior tribuit. Rom. X, 18.

[2] S. necatus fuit XIV Septembris, die ipso quo, annus praecedens disserat, eum intra unum annum moriturnm.

[3] Verba illa, aequivalentia carum sunt: *Et vere sicut tubae clangor increpuit sermonis ejus clangor.*

quii accedit, et ne videretur plebem Dei in contemptum praesentis vitae elequens magis quam fortis armare, mortem, quam praedicando docuerat non timendam, suscepta pro Christi nomine passione, calcavit; atque ita factum est ut omnem fidelem ad subeunda pro religione tormenta non solum sanctorum adhortatione verborum, sed fortissimo sanguinis sui provocaret exemplo. Vere hic ab omnibus ac teto orbe venerandus, qui tota perfectionis divinae virtutis opus et asseruit et implevit.(4)

[4] Asseruit, pro implevit, in suis operibus. Vide sequentis panegyrici finem.

## XVIII.

ALIA S. CYPRIANI PANEGYRICA  
ORATIO.

(S. Maximi Sermo LXXVI, p. 594-596)

Explicita probatio de fidei nostrae sanctitate est gaudium, quod Ecclesia universalis in martyrio alicujus sancti habet. Ideo alicujus martyris obitus, natalis ejus vocatur. In hujusmodi enim morte omnes affectus sensationesque terrenas Dei amori cedent.

1. Quanta sit christiana fidei magnitudo. quaeve fiducia, hinc vel maximè nos discere oportet, quod intra [1] miranda

(1) Affectatio, passio, veniens deciderium opus, cum adulivo junxit frequentem.

## ORATIO S. CYPRIANI

## 161

coelestium promissorum munera votivum nobis oritur gaudium de morte sanctorum. Nec enim naturae nostrae, sed religionis est ratio, quod occasus hominis, ubi Deus est causa moriendi, infidelium contristat mentes, et pectora christiana laetificat. Ideo denique perentorum martyrum obitus in Ecclesia Dei velut genuinus natalis excolitur, quia novo nascendi ordine ad novam coeli vitam, morte parturiente, nascuntur. In hujusmodi enim morte, quae pro veritate salutaris fidei venit, quia vivo ac vero creditur Deo, spe saeculi melioris pulsata procul affectatione (1) carnali, luctum non habet pater, nec mater inclamat [2], filios suspiria consolatur sua, moerorem frater repellit, tristitiam maritus abjurat (3), et

[1] Vide utam precedens.

[2] Inclamat, dolores pro..... Cicer. de se ipso dixit: Nemo ingemuit, nemo inclamavit nihil cuiquam doluit.

(3.) Abjurare, in sensu abdicationis, de quo usu, nisi post tertium seculum, non invenitur.

dilecti conjugis calcat uxor affectum. Cedit namque, cedit terreni amoris calor, ubi christiani mentem flamma divinae charitatis accenderit.

S. Cyprianus illo igne succensus qui ad martyri perfectionem duxit. Thesaura coelestia in corde suo plurima sunt, quos quotidie augit, et quorum in se ipso nullam paupertatem sentit, cum ea plurimis daret. Talis est enim thesauri coelestis natura

2. Hoc profecto igne succensus ardentissimus Cyprianus sacerdotium vitamque suam in passione contempsit, ut jam eum passio gloriorem Christi redderet sacerdotem. Quid hoc magnificentius viro, cu-

jus non minus mors est admiranda quam vita? Fuit enim ei fidelis in sermone confessio, et mirabile in confessione martyrium. Fuit in eo cordis ac linguae simplex consensus atque indivisa societas; nam quidquid ori ejus cordis ipsius spiritus intulisset, hoc eunctis audientibus sancta ejus lingua dictabat, ut ait Salvator (4), *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* Et quis potest habere bonum mortali in corde thesaurum, nisi cuius pectus Christus inhabitat? sicut docuit gloriosissimus Paulus (5) dicens, *Habemus thesaurum istum in vasis factilibus, ut sublimitas virtutis Dei sit, et non ex nobis.* Hie est, fratres, boni cordis thesaurus, qui servorum Dei os bonum et linguam divitem facit: hic est thesaurus, cuius pratio omnis fidelis beatam sibi paradisi sedem et

[4] Matth. XII, 35.

[5] II Corinth. IV, 7.

regnum mercatum aeternum. Hoc thesau-  
ro venerabilis Cyprianus ununquemque  
credentem profusa linguae suae largitate  
ditavit, nullam tamem ipse, dum largitur  
(6) omaibus, divitiarum suarum sentiens  
paupertatem. Tanta enim thesauri hujus  
est copia, ut et totum consequatur acci-  
piens, et q*i* dederit nihil amittat; in mo-  
dum lucernae ardantis, quae et flammam  
suam admotis sibi lampadibus praestat, et  
ipsa nihilominus sine damno traditi lumi-  
nis perseverat. Novi, fratres, novi mira-  
culi res est, quae habeas dare, et eadem  
dando non amittere; totum transfundere, et  
nullum sentire defectum. Propter quod  
beatissimus Cyprianus cunctorum est fide-  
pium devotione celebrandus, qui largiendo  
populis quae habebat, ac retinendo quae  
dederat, laudabilem vitam suam et claris-

---

(6) Largitur, *pro legitur.*

simo sermone extulit, et pretiosissimo san-  
guine consecravit, quatenus universo orbi  
loquentis fidem virtus patientis ostenderet.  
Rectissime de hoc dicitur illud Davidicum  
(7): *Os ejus meditabitur sapientiam, et lin-  
gua ejus loquetur iudicium, et lex Dei ejus  
in corde ipsius.*

Ratio qua omnia verba suaequem  
acciones signum sanctitatis fe-  
runt. Dominica lex semper  
in corde suo erat.

3. Erat utique in perfectione sacerdo-  
tii ejus cor sanctum, os sapiens; terribilis  
mimirum erat Cypriani lingua, quae et in-  
tegritatem pectoris, et illa omnipotentis  
Dei tremenda iudicia peccantibus ingere-  
bat; qui se ita totum sancto in sermone

---

(7) *Psalm. XXXVI, 30.*

fundebat (8), ut nihil penitus in secreto sui pectoris reliqueret quod lateret. Latet autem intra semetipsum, latet peritus quisque, nisi sapientiam cordis ejus docta dicendi (9) lingua prodiderit. Quid non in illo viro praecipuum, quid non mirabile, in cuius ore sapientia, in cuius lingua iudicium; in cuius corde lex Dei [quae justitiae mater est] permanebat? Nec otiose, carissimi, consequens psalmi ipsius (10) ordo subtexuit, dicens, *Et non supplantabuntur gressus ejus.* Non sunt revera Cypriani supplantata vestigia, quia in ejus corde lex Dei viget. Qui in ore ac lingua sua

(8) *Fundebat, pro effundebat vel profundebat.*

(9) *Doctus, cum genitivo aliquoties junxit, per analogiam cum suo synonymo, Peritus.*

[10] *Ips. v. 32*

coelestem sapientiam divinumque iudicium meditatur, gressus ejus lapsum sentire non possunt. Aut quod in illo unquam peccati tempus, quodve momentum diabolica potest reperire subreptio, cuius os, cuius lingua per omne spatium noctis ac diei voluntatem Dei et sapit et loquitur, secundum illud quod dictum est a propheta (11): *Et in lege ejus meditabatur die ac nocte?* Credite, fratres, quia nunquam inter adversa hujus saeculi movebuntur pedes ejus, cuius pectus a tramite verae fidei non declinat. Et quia omnium virtutum genera beatissimus Cyprianus, ut sacerdos, ut justus, ut sapiens, possidebat, inconcuso pede consistens moveri sua in passione non potuit. Et inde est quod ab uno eodemque viro et inoffensam recte vivendi regulam et fortissimum martyrii te-

(11) *Psalm. 1, 2.*

nemus exemplum. Ille enim nos Deo vivere et pro Deo mori non solum sermone docuit, sed et opere confirmavit.

## XIX.

MACHABEORUM ET S. EUSEBI  
VERCELLENSIS EPISCOPI  
PANEKGIRICUS.

[*S. Maximi Sermo LXXXIII, p. 611-614*]

*In eorum natali.*

In quinque saeculorum distantia Machabaei et S. Eusebius, eodem die ipsum certamen habuerunt, in quo adversarius victus fuit, et illi cum christo magis conjuncti fuerunt.

1. Ad celebritatem praesentis diei, fratres carissimi, omni nos cum alacritate

concurrere, devotio geminae nos festivitatis invitat, quam nos habere manifestum est de Machabaeorum triumpho et victoria confessoris. Est namque nobis per Machabaeos gaudium generale cum ceteris, et per beatum Eusebium domesticae gratulationis propria peculiarisque laetitia est; et licet diversis temporibus, diverso utique agone con fierint, unus tamen in illis spiritus dimicavit. Quis enim dubitet unum in illis sensum, unam mentem, unum fuisse spiritum, cum illi pro Domini lege sint passi, hic pro ipso Domino protulerit passionem? Diligentius nunc intendamus, carissimi, quae specialiter Machabaeis, quae beato Eusebio fuerit causa certandi.

---

Macabearum martirium. Sex fratribus constantia.

2. Igitur cum apud vetusta saecula

(1) in servos Dei diaboli ae invidiae facibus gentilitas accensa ferveret, et Antiochi praeccipe ferocissimum pectus impia suppleret insanis, Machabaeos fratres eorumque religiosissimam matrem raptos ad ferale jubet tribunal adduci, quatenus (2) eos metu mortis, terrore poenaum, oblationibus munera, in suum transire suaderet errorem. Ad devotissimam juventutem nec minae mundi a Deo suo re-

[1] Apud vetusta saecula, *praepositio apud generaliter significat loci relationem, sed hic sumitnr sicut jam Terencius de ea usus fuerat in Eunnuque II, sc. II v. 15:*

Olim isti fuit generi quandam quaetus  
apud saeculum prius.  
seculum positum pro verbo generatio, unde  
veba illa: ad hacc equivalentia sunt: Apud  
veteres.

[2] Quatenus, possitum est pro ut.

vocant, nec regia blandimenta seducunt. Itaque primus ex illis divinae dispositione justitiae palaestram certaminis coelestis ingreditur, ut qui aetate praeviret, passione praecederet, et nascendi ordo teneret in fratribus ordinem triumphandi. Hic igitur primaevus e fratribus sartagine succensa frigi jubetur e re e, sed refrigeratur (3) a Deo; manibus pedibusque truncatur, sed multum de sui integratione (4) sucurus, quod pro illius haec se noverat lege pati, penes quem solum esse credebat formandi reparandique corporis potestatem; ob hoc nimirum fortissimus juvenis toto corpore membrisque conciditur, ut advertat, praestante Deo, tot se martyria habere quot membra. Privatur aliis lingua, alias capitis cute nudatur,

(3) *Exprefio Biblica.*

(4) *Integratio, est locutio antiquitatis redintegratio, est nova locutio.*

ut poenarum diversitas varietatem gigneret praemiorum. Fremit ergo in omnem saevitiam (5) sanctorum virtutibus exacerbata erudelitas. Lassescunt lamistae manus: cruenti tabescunt oculi, atque ipsa jam sibi impietas erubescit, conversoque ordine quaestionis, gemit tortor, et tortori suo tortus insultat.

Junioris filii, qui inter fratres suos fuit septimus, heroismum. Nunquam fides potentior fuit in naturam quam in sept, martirum matre.

3. Caesis itaque per haec prostratisque sex fratribus, septimus, qui et junior, ex-

(5) Fremit in saevitiam, circuitum abbreviatum pro fremens erumpit in saevitiam.

minandus (6) ingeritur: quem rex ille tyrannicus, tot ac talibus suspensis frustra suppliciis, mollissima nititur allocutione mulcere. Promittit opes, offert honores, suasque insuper amicitias (7) pollicetur, si possit a puero impetrare perfidiam. Sed constantissimus adolescentis, regem et regis dona despiciens, paradisum cogitatione deambulans (8), et coelum mente percurrentis, suppicia sibi censuit commodiora quam munera, elegitque mori pro Deo quam vivere cum tyranno; nec sane poterant eum regia inclinare promissa, quem fraterna tormenta non flexerant. Immo,

[6] Examinandus, pro probatus in sua religione.

[7] Amicitias, id est. favores. Haec plurimalitas abstractam aliquam ideam exprimit.

[8] Deambulans, construc. cum acusat. sicut et perambulare: Paradisum fidei gressibus ambulabat.

ut exitus docuit, fidelissimus puer in ea magis parte videbatur torqueri, quod tardius terquebatur. Inter ista mater egregia de cruciatibus filiorum divinitus inspirata gaudebat, certa tot se decorandam (9) coronis, quot funera pertulisset in filiis. Quis haec audiens non miretur? Ob honorem Dei materno in pertore genuinus tepescit affectus, fide natura superatur, et suo mulier fortior sexu docet filios amare supplicia. Praemisis igitur ad Deum pignoribus (10), ipsa etiam, spreto mundo, gloriosissima morte sucumbit. Et dignum revera erat ut mater martyrum vitam martyrio terminaret.

[9] Pro se decoratum iri.

[10] Fili.

S. Eusebius ab Arrianis torqueatur. Exilium ejus inter eos.

4. Post ista, dilectissimi, recenseamus nunc, prout possumus. quae beatissimus pater noster Eusebius pro fidei defensione pertulerit, ut advertamus quantus eum labor quaeve merita ad tantam hanc confessionis gloriam provexerunt (11). Hic igitur, ut relatio paterna nos instruit, hac nostra raptus ex urbe Scythopolim (12) ducitur. ibique trucidandus traditur

[11] Pro provexerint.

[12] Scythopolis, prius Bet-san civitas samaritana hodie Et-Baisan. Ab imperatore Constantio illuc, sanctus exulavit qui illi maxime opositus fuit, in concilio Milane anno 353, ut ejus machinationes in arrianismum fovendum, non praevalerent.

Arianis. Non est incognitum, fratres quantam possit exercere nequitiam inimico saeviendi permissa libertas. Nam, ut passionum ejus sequentia decurramus, dicitur, post illum velut propheticum scalarum tractum [13], tale illi ab Arianis supplicium constitutam esse, ut in superioribus domus arctissimum ei cubiculum praepararent tam breve, tam humile tamque depresso, ut nod tam caderet homi-

[13] *Velut propheticum scalarum tractum. Hoc tormentum quo arriani sanctum astigerunt ab auditoribus hujus locutionis bene dignecebat, quia S. Maximus de illo locutus fuerat jam in quadam ejus homilia [Appendix p. 69]: "Dicitur inter cetera "passionum genera hoc poenale passionis supplicium pertulisse, ut dum interrogaretur "ab Arianis, et se eorum comunicare perfidia denegasset, scalarum proclivi tractu "supinis pedibus ad imum usque pertraheretur; et iterum revocatus ad summum interrogatus denuo. cum eadem respondisset "eadem patetetur; ac frequenter interrogat,*

nem quam torqueret, et hospitium Ariannum esset magis poena quam requies. Fuerunt enim adeo augustum illud fuisse, ut in eo martyr jacens non posset pedem protendere, stans non valeret caput erigere, sed esset semper contractus, inclinus et humili, et nihil aliud praeter fidei spiritum liberum gerens. Torpebant quidem uno in loco ejus defixi pedes, sed paradi-

*"tionem frequenter hujusmodi supplicium fuc-  
"rit subsecutum. In qua passione S: Euse-  
"bii martyris licet fuerit quassatum caput,  
"elisum corpus, membra confracta, animus  
"tamen fidei mansit invictus. Nam quanto  
"plus Ariana perfidia corporaliter lacera-  
"bat, tanto magis eum Catholica integritas  
"spiritualiter reforebat. Quem quidem sca-  
"clarum ascensum atque descensum possumus  
"dicere quem Jacob somnians prophetabit  
" "[Genes. XXVIII. 12]: et sicut ille vidit  
"etiam istas scalas ab imo ad coelestia us-  
"que pertingere, sic per has et Eusebius  
"adscendit ad coelum, et Ariani ad inferos  
"descenderunt."* R

sum fidei gressibus ambulabat, jacebat in eo depresso caput, sed Christus in eo caput erigebat. Haec igitur beatus martyr in haereticorum patiebatur hospitio, non quod ista deberentur martyri, sed quod talis sit hospitalitas Ariana, ut ejus habitaculum poena sit careeris, non humanitatis hospitium.

Inter hos martyres comparatione facta, invenitur; Eusebi inferiorem non fuisse victoriā, illae quam Machabaei habuerunt.

5: Quamquam de suavitate gestorum ejus nulla sit invicem nobis dicendi audiendique satietas, nec beatissimorum tamē Machabaeorum silentio est praete-reunda victoria; quia et ipsos hic idem dies ereptos saeculo magno cum triumpho transmisit ad coelum. Et quamvis chorus ille

fortissimus ad Deum suum inter tormenta, transierit, non tamen impar est Eusebius, qui confutata perfilia ad eundem Deum, victa post tormenta, migravit. Et ut manifestius advertamus Eusebii inferiorem non fuisse victoriā; illi veteri pro lege certarunt, hic novo pro Evangelio militavit; illi pro paeceptis quidem Dei subjacuere suppliciis; Eusebius autem pro Deitatis ipsius veritate [14] conflixit: restiterunt illi Antiocho regi, ne illieitis tunc carnis [15] vescerentur; obstitit iste diabolus, ne haeretici sermonis fermento panem nobis Dominicū macula ret.

[14] Pro Deitatis veritate, quam Ariani trucidabant, quia in S. Trinitate consubstantialitatem impugnabant, sicut et divinitatem in D. N. J. Chrsto.

[15] Illicitis carnibus, scilicet suillis.

Nova Machabeorum laudatio.  
Splendor enim S. Eusebi, qui  
eadem die reffulget, illos ob-  
nubilare non debet.

6. Exultemus itaque, fratres, Deo nos-  
tro agentes gratiam, quia sub hac praes-  
entis diei devotione gemina festivitate lae-  
tamur, Eusebii quippe suscipientes trium-  
phum, et victricium [16] Machabeorum  
tormenta mirantes. An non mirabiles Ma-  
chabaei, quos nativitatis suaे passionisque  
consortio et apud saeculum fuisse fratres,  
et in coelo videmus esse germanos, qui  
beatissimo egregiae matris ab ubere et  
substantiam vivendi et vincendi suxere  
virtutem: In tantam enim perfectionem

(16) *Victris clasiiis, cum substantivo  
neutro dicitur, sicut victricia arma, cum  
masculino vero irregulariter victor ponitur,  
unde aliquando equivocatio victorum venit,  
et tandem de genitivo victricium utitur: Quia  
victorum tormenta, sic potest esse de victris.*

[17] lacte et sermone adolevere materno,  
ut inseparabilis esset et in corde eorum  
sapientia, et in corpore fortitudo. Deni-  
que Antiochus lectissimos juvenes, fide  
propria et materna adhortatione constan-  
tes ut a reverentia paternae legis averte-  
ret, non acerrimis terrere suppliciis, non  
magnis potuit avocare promissis. Tantus  
enim in membris eorum vigor, tantus in  
pectore spiritus, tanta erat in responsione  
doctrina [18], ut et sfernendo poenas, et  
confutando persidiam impii regis et terro-  
rem vincerent et furem. Venerabilis  
autem mater confessione parili et consimi-  
li morte defuncta, laetior ad pignora sua  
de hoc saeculo profecta migravit. Nec

[17] *Erronea locutio, quae asserit, per-  
feccionem esse latitudinem hodiernam.*

[18] *Tanta in respensione doctrina, ad  
hoc videre potest opus de Flavio Josepho de  
Machabaeis, p. 992 ad 401 2<sup>o</sup> vol.*

mirum si saevitiam regis in semetipsam magnanimititer pertulit, quae tam fortiter eam potuit et in filiis sustinere. Vere beata mulier, atque omnium prosequenda praeconiis, quam pro fide Dei sui, et in oceasibus filiorum, nulla carnis fregit affectio, et a tormentis proprii corporis nec sexus revocare potuit, nec senecta.

Haec ergo sunt, carissimi, diei hujus gaudia votiva fidelium: haec semper beato Eusebio et gloriissimis Machabaeis exhibeamus obsequia: quos in aeternum regnum tempus quidem diversum, sed fides eadem et dies una provexit.

## XX.

JULIANUS POMERIUS.

[*Lib. de Vita contemplativa III, c. 16 seq.*].

## Virtutum cardinalium expositio.

1. Jam qualiter unaquaque virtus possit acquiri, breviter disseramus.

Omnis sancta virtus res est divina, incorporea prorsus atque mundissima: quam mentes inquinatae non inquinant, sed ipsa inquinatas enaculat; cuius participatione formantur informia, suscitantur mortua, sanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur adversa [1]. Hanc non habet nisi Deus, et is cui dederit Deus: quae in animo habitat, sed animam corpusque sanctificat; ad quam nullus accedit invitus [2], quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre; alteri autem

(1) *Virtutum exempla, per earum effectus, in vita D. N. J. Christi Apostolorum sanctorumque nominantur.*

(2) *Hoc est christianismi disciplinarum fundamentum; cum non existeret in nobis virtutem aliquam, nisi per gratiam et liberum arbitrium. ideo Pomerius addit: Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre (per liberi arbitrii abusum).*

mirum si saevitiam regis in semetipsam magnanimititer pertulit, quae tam fortiter eam potuit et in filiis sustinere. Vere beata mulier, atque omnium prosequenda praeconiis, quam pro fide Dei sui, et in oceasibus filiorum, nulla carnis fregit affectio, et a tormentis proprii corporis nec sexus revocare potuit, nec senecta.

Haec ergo sunt, carissimi, diei hujus gaudia votiva fidelium: haec semper beato Eusebio et gloriissimis Machabaeis exhibeamus obsequia: quos in aeternum regnum tempus quidem diversum, sed fides eadem et dies una provexit.

## XX.

JULIANUS POMERIUS.

[*Lib. de Vita contemplativa III, c. 16 seq.*].

## Virtutum cardinalium expositio.

1. Jam qualiter unaquaque virtus possit acquiri, breviter disseramus.

Omnis sancta virtus res est divina, incorporea prorsus atque mundissima: quam mentes inquinatae non inquinant, sed ipsa inquinatas enaculat; cuius participatione formantur informia, suscitantur mortua, sanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur adversa [1]. Hanc non habet nisi Deus, et is cui dederit Deus: quae in animo habitat, sed animam corpusque sanctificat; ad quam nullus accedit invitus [2], quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre; alteri autem

(1) *Virtutum exempla, per earum effectus, in vita D. N. J. Christi Apostolorum sanctorumque nominantur.*

(2) *Hoc est christianismi disciplinarum fundamentum; cum non existeret in nobis virtutem aliquam, nisi per gratiam et liberum arbitrium. ideo Pomerius addit: Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre (per liberi arbitrii abusum).*

nec conferre praevaleret [3], nec auferre:

In homine, duarum virtutum oppositarum certamen.

2. Itaque cum talis ac tanta virtus cuiilibet inter voluptates suas adhuc marcescenti refulserit, atque ei ad se concupiscendam desiderium salubre conmoverit: protinus in animo ejus duarum delectationum contrariarum rixa consurgit; et mentem voluntas, adversum se anicipiti delectatione divisa, in diversa duxit ac reducit, modo reprehendendo quod elegerat, modo quod reprehenderat eligendo; atque ita in alterutrum latus se cogitationum varietate versantem ipsa velut virtutis ac vitii tepi-

[3] Melior est valet, pro praevaleret in sensu hujus narrationis; preterea verbum istud, in latinitate pura, non est cum infinitivo.

da medietas [4] vexat ac lacerat: quoniam quidem quemlibet hominem, donec se in eo quod elegerit certa definitione confirmet, (quamdiu modo non vult quod volebat, modo velle incipit quod nolebat) velut in quodam deliberationis incerte bivio constitutum, discepit ipsa diversitas voluntatum.

---

Seductrices carnis inspirationes,  
et ejus probrosae prolaptones.

3. Hiac eum virtus admonet suac sa-

---

[4] Terminum hoc, est eorum quorum Cicero inventus est, ut in latinitate grecorum philosophorum cogitationes, vertere possit. Vide quod de universo dixit, cap. 7. Vir audeo discere medietates quas Graeci appellant; sed quasi ita dixerit, intelligatur: erit enim planius.

lutis, et vocat; inde consuetudo vicia discedere a se volentem remoratur et revo-  
cat, et paulisper a se averso, nec ad vir-  
tutem plene converso, usitatae voluptatis  
admonitione blanditur, et omnes ille-  
bras, quibus olim perdite fruebatur, osten-  
sit. Turpia quoque desideria, quibus  
vinciatur (5), immittit, ac jam poene fas-  
tidenti blandum nescio quid molliter in-  
dusurrat; et supplicat ne paeponat molli-  
bus dura, laetis tristia, certis dubia, pae-  
sentium voluptati futura; cogitet quam  
poenale (6) sit atque difficile dulcibus ca-  
rere deliciis, illebras renuntiare carnali-  
bus, abstinentiae jugis gravari labori-  
bus, jejuniorum ac vigiliarum continuatio-  
ne torqueri, certa carnis afflictione pae-

(5) Vinciatur [homo ei] immittit vicio-  
sa consuetudo,

(6) Quum poenale, in sensu de, quan-  
tam poenam afferens, de verbo poenabilis, in  
opere Pomeri utitur de poena in omnibus sen-  
sibus quos nos substantivo poenae darius.

mium dubiae remunerationis ambire, con-  
tra diabolum decipiendi peritum resisten-  
do arma corripere, insidias ejus ac fraudes  
vigilantis animi cautione vitare; quam de-  
nique miserum sit enormitate tantae as-  
peritatis evictum, ac diabolica fraude de-  
ceptum, ad repudiata redire, voluptatibus  
quas abjecerat frui: et omnibus quae in-  
caute, laboriosum suscipiendo propositum,  
contempserat, delectari.

Armae spirrtuales, per quas a-  
nima, suas malas inspiracio-  
nes depugnat.

4. His et talibus vicia consuetudo  
dubium sanctae definitionis [7] affigit, Vir-  
tus contra quae Continentia nominatur  
morantem confidenter objurgat, ad delec-  
tationes puras castasque delicias, quibus  
[7] Definitio, id est, determinatio, reso-  
luto.

fruuntur omnes sui amatores, invitati; offert nudo justitiae vestimentum; illuminato [8] sui apparatus demonstrat ornatum; diffidenti de se protectionis suae promittit auxilium hortatur et provocat ut, definitionis ambiguitate deposita, propositum spirituale suscipiat; perseveraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate sed Domine miseratione confidat, nec suis viribus, sed gratiae omnipotentis fretus auxilio, contra diabolicas impugnationes victoria arma corripiat; cogitet quanti et quantae potuerunt et possunt (9) quod se posse desperat; unde illi vel illae potue-

[8] Illuminato, ille qui per filum illuminatus est. Apparatus, pompa, magnificencia. sicut Cornelius Nepot. de Pausanias dixit: Apparatu regio utebatur, veste Medica. (cap. 3.)

[9] Melior est in subjunct. potuerint et possint.

runt, inde (10) se posse firmiter credat; certa spe spiritualia carnalibus, et terrenis coelestia, et futura praesentibus anteponat.

Frecuenter accedit ut post triumphum in certaminibus adversus carnem habitis, homo in superbiae et mundi vanitatis laqueis cadit.

5. Qui si persuasione ac pulchritudine virtutis illectus, aliquantulum a priore conversatione recesserit, statim ei alia tentatio, contra quam luctetur, occurrit. Nam quem carnalis voluptas superata dimiserit, mundi vanitas occupabit: sicut nobis illi exemplo sunt, qui delectationem sibi libidinis interdicunt, et ventosae vanitatis licentiam suae voluntati permittunt,

[10] Unde.....inde, lit. de qua fonte, de ipsa, id est, per ipsa arbitria, seu ipsa media.

Turpitudini amorum contradicunt, et ambitioni sucumbunt: utuntur deliciis ac vestibus accuratis ad luxuriam, comatulis pueris, ac potentibus equis ad pompam, accipitribus ac sagioatis canibus ad venatum, venationibus erebris ad luxum, et ambitiosi apparatus jactantiam necessarium [11.] mentiuntur ornatum.

Plurimi alli vitae spiritualis inimisi, adhuc sunt. Beatus ille qui eos devincerit, et qui cum Deo suo imventus fuerit.

6. Jam [12] ridere effuse, vocem pro cacibus cachinnis attollere, turpes jocos li-

---

[11] *Illi mentiunt, id est, mendacem seu falsam persuasionem habent, pompam apparentem non esse nisi equivalentem (ornatus) necesario et imperiose a sua condizione sociale petitum.*

[12] *Jam, frequenter ponitur, cum de alio in allium objectum transitum sit; seu non novum.*

*Fatigando, pro usque lassendo.*

benter audire, aliorum poenam suam face re fatigando laetitiam, urbanos quoque, quamvis turpes, explere deliciis, serios necessariis indigentes abjecere, domos amplissimas et ornatas exstruere, facultates suas indesinenter augere, alienis per vadendis, si possilitas patiatur, inhiare, non rem cupiditatis, sed nescio eujus utilitatis existimant: ut illa quae dixi- vel alia multa similia, non solum libenter exerceant, sed etiam hinc eos (13) objurgantes irrideant, ineptire credentes illos qui licita et usitata nobilibus crimen ambitionis infament. Sed qui hoc quoque malum divinitus adjutus evicerit, et, spiritualis continetiae viribus fultus, omnia quibus potest a perfectione retardari, calcaverit; mentem suam sancte virtuti, studio bonae voluntatis

---

[13.] *Eos, seu ipsos. Objurgantes est subjectum.*

inclinat tunc delectabiliter ac devote  
nutus omnes reginae virtutis in se reg-  
nantis observat: ac sic cum Deo unus spi-  
ritus factus, nihil aliud agit semper aut co-  
gitat, nisi unde clarius aut nobilior fiat,  
et oblectationes vitiorum omnium puris de-  
lectationibus vincat.

### Quatuor virtutes cardinales. Pro- bationes, de numeri quattuor perfectione.

7. Videamus nunc an vera sit philoso-  
phorum illa sententia, qua quattuor virtu-  
tes, velut quosdam virtutum omnium fon-  
tes, vicia quoque quattuor, velut quasdam  
origines malorum omnium, definiunt.

Principales quattuor esse virtutes non  
solum philosophi sentiunt, sed etiam nos-

tri consentiunt. Sed quare quattuor, vel  
quae sint opera singularum, hoc, Domino  
illuminante, debemus breviter demonstrare.

Quaternarium numerum perfectioni sa-  
cratum paene nullus ignorat: siquidem to-  
tus orbis Oriente et Occidente, Aquilones  
et Meridie, quattuor determinari partus  
sive angelis invenitur; et ipse Adam, qui  
est humani generis pater, vel generale no-  
men, quod dicitur homo (14), quattuor li-  
teris explicatur. Corpus quoque quattuor  
elementis exstructum, quaternarii numeri  
in se continet sacramentum. Ipsius  
etiam animae quattuor esse affectiones,  
quibus vel ad bona utimur, vel ad mala, et  
antiqui subtiliter invenerunt, et eorum in-  
venta probantes posteri suscepserunt.

(14.) *Homo, haec est enim verbi A-  
dam, significatio.*

Ipsarum Probationum continua-  
tio. Evidens est, ut per vir-  
tutes cardinales, homo perfici-  
tur; difficilis est, omnes virtu-  
tes particulares, inde prove-  
nientes, enumerare.

8. Sed et quattuor flumina quae de  
paradisi fonte procedunt (16), vel quattuor  
Evangelia, divini currus rotae quattuor  
et animalia, aliae eorum quattuor ac  
facies (17), digitatatem numeri hujus abun-  
de comendant: et ideo virtutes istae, quae  
tantum continent perfectionis in numero,  
sollicite considerare debemus quantam  
sanctitatem conferant animo christiano, et  
quam nihil perfectiones usquam sit, quod  
in istis virtutibus non sit. Nam si facit  
temperantia temperantem, prudentia pru-  
dentem, justitia justum, fortitudo fortem;

(16.) *Vide gen. 11. 10 et seq.*

(17.) *In Ezechiel's visione. C. I.....5.*

eo qui temperanter, juste et prudenter  
agit, ac fortiter, nescio qu'il possit esse  
perfectius. Itaque difficile quidem est no-  
mina virtutum, quae ex illis quattuor, quas  
principales diximus, oriuntur, ostendere;  
sed cum proprietates et actus earum coe-  
perint aperiri, ex ipsis affectionibus (18)  
singularum, quae virtutes ex quibus (19)  
existant, forsitan apparebit.

Virtutes omnes donum Dei sunt;  
quarum ipse Deus, fons et  
essentia est.

9. Verumtamen hoc in primis nosse et  
tenere debemus, quod istae quatuor virtu-

(18.) *Affectio, est dispositio qua anima,  
per unamquamque earum virtutum, posita  
est. Modus quo quisque afficit animum.*

(19.) *Latine et grece loquendo, reunire  
posunt in unam phrasem, duas Propositiones  
interrogativas.*

tes, vel omnes quae ex illis existunt (20), dona sint Dei; et quod nullos eas habet, habuit aut habebit, nisi cui Deus, qui est omnium virtutum proprietas (21) et origo, contulerit: quoniam quicumque, quoquamque tempore, in quacumque gente in Deum credentes ex fide vixerunt, illius dono temperantes ac prudentes, justi ac fortes fieri utique potuerunt; qui autem nescientes Deum, vel etiam blasphemantes, sine fide vixerunt, nihil earum virtutum a Deo accipere vel habere potuisse credendi sunt.

### Prima virtus cardinalis: Temperantia, hujus virtutes effectus.

10. Sed jam videamus quae sit proprietas singularum: Temperantia tempe-

(20.) *Surgissent, talis est enim significatio de existere.*

(21.) *Proprietas, philosophice loquendo est essentia.*

rautem, facit, abstinentem parem sobrium, moderatum, pudicum, tacitum, serium, verecundum. Haec virtus si in animo habitat, libidinis frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intra nos confusa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes pravas removet, inserit sanctas, ignem libidinosae voluptatis extinguit, animi teporeni desiderio futurae remunerationis accedit, mentem placida tranquillitate componit, et tutam semper ab omni vitiorum tempestate defondit. Temperantia intemperantiam nostram ad honestum modum redigit in cibo ipso vel potu, ut contenti simus appositis: ne poscamus impudenter quod aut ille qui positur (22) forte non habeat; aut aliis, quod desiderio nostro placet, offendat, aut gulae nostrae intempe-

(22.) *Poscor aliquid, est hellenismum, propositur à me.*

rans appetitus appareat; nec judicemus eos qui volunt cibis, quos ipsi percipimus, abstinere; nec eis verecundiam [23] faciamus, qui ea quibus ipsi abstinemus forte percipiunt, et Deo gratias agunt: servi quod satis miserum sit aliquos de cibi vel potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abstinentiam sactitatem.

### Allii Temperantiae effectus.

Secunda virtus cardinalis: Fortitudo. Eorum qui tantum in apparentia, hanc virtutem habent.

11. Temperantiae est quod reverentiam senioribus exhibemus, aquales germanitatem [24] honoramus, junioribus gratiam

[23.] *Minus fors quam pudorem.*

[24.] *Archaismum: tamquam germanos fratres.*

(25) paternae dilectionis impedimus; quod praestamus loquenti seniore silentium, quod ipsis ad loquendum loquendum praestolamur imperium, quod non attollimus immoderatum in colloctionibus sonum, quod risui prorumpere non permittimus in cachinnum, quod nulli detrahimus, nec detrahentes aequanimitate sustinemus: scientes quod tam illi qui detrahunt, quam illi qui detrahentibus acquiescent., vanitatis morbo corrupti sunt: quia ad hoc alios viles videri volunt, ut se commendent eorum comparatione quos carpunt, et videantur ea vita uon habere, quae malitiose in aliis reprehendunt: quod malum temperantia tollit; cui qui servire voluerit, non quod reprehendat in fratribus, sed unde Deum laudet attendit. Ac per hoc ipsius temperantiae est, quod non solum temperantes

— (25.) *Benefactus.*

in omnium membrorum officiis sumus, sed etiam quod omnia libenter, quae nos moderatos ac sobrios faciunt, observamus.

Sed de temperantia haec dicta sufficiant, ut et de fortitudine disseramus.

### Verum Fortitudinis caracter.

12. Animi fortitudo ea debet intelligit, quae non solum diversis pulsata molestis inconcusa permaneant, sed etiam nullis voluptatibus illecebris resoluta succumbat. Alioquin, si impetus (26) quidem molorum saevientum frangat, si calamitatibus quibuslibet impactis (27) obsistat, si

(26.) *Acusatum.*

(27.) *De impingo.* Seva, neutrum, loco sustantivi. Seva injuriarum, in sensu de Sevas injurias forma est loquendi, quem Tacitus, sequebat frequenter: lubrida paludum, edita montium profunda silvarum, subjecta vallium, etc.

inter injuriarum saeva, inter procellas angustum pressurarum, inter inimicitias ac damna praesentia, atque multimodas persecutioes infatigata persistat, et tamen de ipsa se adversariorum sustinentia [28] jactet, nec de dono Dei, quo illustratur, exaltet, sed carnaliter se de vulgi favore, quo praedicatur, oblectet; plusque gaudeat ex eo quod laudatur, quam ex eo quod habet unde laudetur; et per hoc humanam laudem divinis numeribus anteponat: quis dubitet hanc animi intentionem [29] virtutem dici non posse? Quae si virtus esset, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret; nec acquiesceret mollibus quae [30] adjuvante Domino, dura quaque vel as-

[28.] *Sustinentia* [fors ad agreptiones sustinentias.....] verbum novum est in latinitate, formatum de abstinentia.

[29.] *Intentio, Contentio, Animi robur aliquem sustinens.*

[30.] *Aliibi legitur, miscrandu.*

pera superasset. Quosdam namque insuperables asperis passionibus facit mundi cupiditas: in quibus non patientia laudanda est sed miranda [31] duritia.

Sensationes et operationes quas haec virtus inspirat.

13. Eos vero quos ad tolerantium passionum fortes Dei charitas reddit, nulla delectatio carnis nulla voluptas male blanda corrumpit: quoniam, si non quid, sed propter quid patiamur plurimum refert, non in eis est patientia, qui aequanimitter patiuntur angentia, sed in eis tantum, quos fortiter facit sustinere justitia. Denique Dominus non ait, *Beati qui persecutionem patitur, et tacuit*, sed adjecit *propter justitiam* [32]: ut evidenter ostenderet quod patientiam veram non facit poena, sed causa;

[31.] *Matth, c. 5. v. 10.*

et ideo veatitudinem non persecutionem patientibus, sed propter justitiam patientibus repromisit. Quod si ita est, superandorum vel superatorum malorum sustentatio tunc est vera patientia, si fuerit justa; et in eis justa est patientia, quorum nec doloribus nec voluptatibus sedit mentis invictae constantia. Sed haec animi fortitudo ab illo est nobis, cui cum propheta (33) cantamus, *Fortitudo mea et laudatio mea Dominus, et factus est mihi in saltem.* Fortitudo nostra est, quia ita nos contra omnia vititia invicta protectione corroborat, ut animum nostrum nec blanda dissolvant, nec adversa dejiciant; et tunc laus nostra Dominus fit, si non nos de muneribus Dei, sed divina in nobis cupiamns munera

(33.) *Propheta, David, sic dictum propter prophetias de Christo, in suis psalmis traditas.*

204 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO  
praedicari. Nec illi suam possunt jactare  
virtutem, quibus Dominus factus est in  
salutem.

Tertia virtus cardinalis: Justitia.  
Haec pro fundamento, fidem  
habet. Fidei effectus.

14. Is ergo cui Dominus est animi  
fortitudo, nullis carnalibus desideriis ce-  
dat, nullis voluptatibus acquiescat, ambi-  
tionem ac popularem gloriam viuat. Non  
eum pecuniae amor addicat (34), non acer-  
bitas passionum damnorunque subjiciat.  
Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria, di-  
lectio pura, spes certa, securitas firma,  
possibilitas sana, sanitas incorrupta: ut ei  
quidquid canalibus placet, in hoc mundo  
displaceat; quidquid pretiosum videtur esse,  
vilescat; quidquid nitidum, futurorum con-  
templatione sordescat; nec ab his quae jam

(34) Addicat sibi, id est, mancipium seu  
servum faciat.

tper gratiam Dei elicit, se patiatur elidi:  
quia et turpis videtur animum ab his vi-  
tii vinci quae vicerat; et nihil ei prosit (35)  
aliqua superasse, si alicui, quod neglexerit  
superare, subjaceat: quando non illi fortis  
habere soleat, qui in adeundis laboribus  
periculisque claruerit, aut frenandis volup-  
tibus ac domandis institerit; sed ille  
magnus et sublimis, ille potens atque dig-  
nus fortitudinis appellatione censendus est,  
qui nihil sibi vitii revellare aut dominari  
permiserit: modo absit ignabia, ne nos id  
desperemus (36) posse quod possumus ab-  
sit presumptio vitiosa, ne nobis hoc quod  
per Dei gratiam possumus esribamus:  
quia sive de munere Dei, quo fortis effi-

(35.) Prosit, erit utile, seu poset esse  
utilem.

(36.) Desesperatio, S. Chrisostomus ait,  
eam esse armam demoni formidabiliorum  
adversus Christianum.

eimur, desperemus, sive nos de nostra possibilitate jactemus, idonei ad resistendum viuis esse non possumus. Et utique animi fortitudo tam desperandi ignorantiam debet excutere, quam jactantiae contrarie.

**Ex justitia, equitas seu humanitas promanat.**

15. Hactenus de virtute cui nomen est fortitudo. Videamus jam quid etiam justitia nobis afferat in ac vita praesidii, et qualiter ipsa quoque in eorum pectoribus, qui se illi tradiderint, nullis vitiorum valeat impugnationibus superari. Fides enim, quae est justitiae fundamentum, quam mulla bona opera praecedunt, et ex qua omnia bona procedunt, ipsa nos a peccatis omnibus purgat, mentes nostras illuminat. Deo cociliat, et cunctis partisipibus natu-

rae nostrae consociat; spem nobis futurae remunerationis inspirat, auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum possessione confirmat.

**De injustitia culpabiles sumus, si in omnem injustitiam et peccatum, nos vertimus.**

16. Ex jusititia manat et aequitas, quae nos facit ut omnium necessitates hominum nostras esse dicamus, nec nobis tantum, sed etiam generi humano nos natos esse credamus; et quidquid cuilibet homine nosere petest, tanquam si nobis noceat, evitemus: quia qui homines sumus, nihil humani a nobis alienum putare (37) debemus: siquidem belluarum est

(37.) Pomerius, hoc celebriorem Terenti verciculum ponit.

*Homo sum: humani nihil a me alienum puto. Nihil de hoc quod ad hominem seu*

sibi vivere, nec suas utilitates in commune conferre; a quibus non solum mentis praerogativa, sed etiam servata juris aequalitate distamus, si nos in omnium commodis vel incommodis cogitantes (38), sicut nostris utilitatibus, ita omnium sociorum naturae nostrae (39) vivamus. Deinde si invicem persequi, lacerare, vel perderere, feratum est proprium, quis dubitet excellentiae humanae competere, ut se alteru-

---

*humanitatem pertinet; reprobabile est quod ab aliquibus hoc vers. tanquam proverbium circumferatur, in quo nihil humani, aliquaque fragilitate intelligatur. Per hanc falsam acceptationem, sensus seu cogitatio elevans, a Terentio et Pomerio expresus, ad resignationem abjectam exprimeri veniunt.*

(38.) *Nos in omnium commodis vel incommodis cogitantes, id est, omnium commoda vel incommoda ad nos ipsos spectare cogitantes.*

(39.) *Repete, utilitatibus.*

trum (40) juvent, instruant, aedificant, et utilitatem communem tamquam propriam curent? Unde datur intelligi quod, qui opprimendis ac decipiendis hominibus homines nati persistunt, in mores ferinos, non naturae, sed vitae mutatione degenerent.

De injustitia culpabiles sumus, si opositionem non facimus ad injustitiam, et in genere ad peccatum quod coram nobis operatur.

17. Duo sunt injustitiae genera: unum quo injurias irrogamus, alterum quo ab aliis (41) irrogatas, cum possumus, propul-

---

[40.] *Alterutrum, locutio in propria illius temporis, seu posita pro alter, alterum, vel inter se.*

[41.] *Ab aliis, ad propulsare, non vero ad irrogatas reffe rendum est.* ®

sare negligimus. Quodammodo enim nos opprimimus, quando oppressos, cùm defendere possumus ab oppressione, contemnimus. Nec mihi aliquid prodest, quod non circunvenio aliquem neque decipio, si decipi aut circumveniri permitto. Hoc idem de peccatis debet intelligi: quia si peccatum video, et non solum non arguo, sed etiam ei peccanti consentio, participem me damnationis ejus efficio; et in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio pecasse sive peccare, quadam crudelis animi malignitate non increpo.

Earum excusationum refutatio,  
per quas, hujus obligationis  
dispensatio, quaeritur.

18. Nec vero audiendi sunt illi qui se dicunt propterea delinquentes objurgare non posse, ne eos qui se emendare nolue-

rint, sibi faciant inimicus. Qui dum parcunt eorum voluntati, saluti (42) non parcunt. At si nou ex jactantia, sed ex misericordia et cum quadam pietate compatientis animi castigemus, et illi nos sentiant non minus peccatis suis moveri quam nostris: aut in bonum statum reformati, nobiscum Deo gratias agunt; aut, si eos in peccato tenet adhuc peccandi dulcedo, et salutem suam nobis curae esse cernentes, malum (43) reddere pro bono voluerint; malle debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari, contrahere, quam Dei offensam, dum peccantes palpamus, incurrire.

[42.] Repete eorum.

[43.] Suple tamen.

De justitia pariter, liberalitas  
et beneficentia promanant. In  
harum virtutum exersitatione,  
omnino ostentatio vitanda est.

19. De justitiae adhuc fonte procedunt liberalitas, beneficentia, charitas et cetera ejusmodi, quibus multipliciter juvari homines posunt. Liberalitas est quae etiam in eos qui nihil indigere videntur, exuberat; in qua liberalitate rei familiaris ponitur (44) amplitudo. Beneficentiae multa sunt opera, quibus necessitatibus laborantium misericorditer subvenitur, et de terreno censu regni coelestis haereditas comparatur, si modo absque ulla ostentatione opus beneficentiae fiat, nec nos ad misericordiam

---

[44.] Ponitur, in sensu in quo frequenter dicitur collocatur.

faciendam turpis amor gloriae popularis impellat. Inventi sunt quidam qui diversis quidem diversorum necessitatibus subvenirent, sed aut appetitu comparandae opinionis (45) impulsi, aut carnali pietate commoti, aut spe recipiendi quod darent, aut reddendi quod accepissent necessitate constricti.

Adversus beneficentiae hypocritas.

20. Sunt alii quos ad largiendum aliiquid in pauperes sola mevet versuta cupiditas; quia ad hoc aliqua erogant, ut hic (46) majora recipiant; et quidquid eis velut pauperum pastoribus datum fuerit erogandum esurientibus illis, pro quibus sustentandis accipiunt, totum aut prope totum quod acceperint, in suas voluptates expeni-

---

[45.] Bona opinio, seu fama publica.

[46.] Hic, id est, infra, in terra.

dunt: et, quod est deterius, inter munificos ac misericordes haberi, vel etiam prae illis praedicari, turpiter concupiscunt. Ab his omnibus et horum similibus longe diversi sunt illi qui non se in operibus suis, sed Deum cupiunt praedicari; quos ad opus bonum spes futurae remuneracionis aducit; et ipsum solum volunt habere sui operis testimoniem, a quo se recepturus credunt tota fidei firmitate mercedem.

Inter justitiae consequentias, est etiam Charitas. Haec non est perfecta, nisi Deum pro fine suo, in suis omnibus operationibus habeat.

21. Jam de charitate pauca perstringam. Taceo de carnali amore, qui incipiens a coniugio manat in filios, quia talem amorem cum pecoribus habemus bestiisque comuni-

nem. Propinquorum, quoque (47) praetereo, quia et ipse adhuc ad carnem pertinere videtur et sanguinem. Nec de illo aliquid dico, quo etsi amicos amamus, tamen etiam ipse refertur ad aliquod commodum temporale. Non quod hi amores honesti non sint, cum sint omnibus naturales; sed quod his omnibus sit ille incomparabili diversitate praestantior, quod Deum gratis diligimus et amicum. Ceterum qui amicum propter commodum quodlibet amat, non amicum convincitur amare, sed commodum. Et utique qui aliquem propter rem temporalem quamlibet amaverit, cum res ipsa, ut pote temporalis, desierit esse, amare cessabit. Qui autem diligit propter Deum, sicut Deus aeternus est, ita in aeternum ipsa amici dilectio permanebit. Et ideo Deus, quo nihil est maius aut melius propter quod diligatur, propter se ipsum per-

[47.] *Suple amorem.*

fekte diligitur. Si vero saltem (48) propter illa quae praestat amatitur, non utique gratis amatatur: quia jam illud propter quod diligitur, ei (quod dictu quoque nefas est) antefertur. Ipse quippe est omnibus amatoribus suis vita beata, ac salus aeterna, et regnum; gaudiumque perpetuum. Haec accipient qui Deum diligunt, qui solus erit illis omnia, quando ipse fuerit in omnibus omnia.

Si justitiam conamur implere in nostri sensationibus operibusque; signum erit verum, de nostra amisitia cum Deo.

22. Quapropter si in hac vita justitiam conamur implere, cuius justitiae opus est

[48] *Saltem, in significacione de tantum.*

proprium sua cuique tribuere (49), Deo nos, a quo sumus facti, reddamus nec dominari nobis ea, quibus sumus naturaliter praeserti, permisamus. Dominetur vitiis ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo: et impleta est hominis tota perfectio. Ac per hoc et nos justitiae facti participes, sua cuique tribuimus, si inferiora melioribus, et virtutibus carnalia oblectamenta subdamus: ut, sicut viventia vita carentibus, sensibilia viventibus, intellectualia sensibilibus, immortalia mortalibus, ratiosinando praeponimus, ita bene vivendo voluptuosis utilia, utilibus honesta, honestis sancta, sanctis perfecta omnia praeferamus. Verumtamen nec corpus spiritui, nec appetitus obtemperare poterit rationi, nisi Deus, qui ipsum spiritum creavit et corpus, delectatus cogitationibus nostris requiescat in nobis, ac tanquam verus agricola in agro suo, corde nos-

[49.] *Definitio Ciceronis.*

218 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO  
tro proficiat (50), et quidquid in eo fides  
plantat, devotio rigat, ipse ad incremen-  
tum consummatae maturitatis adducat; at-  
que ita nobis, voluntarie sibi subjectis, de-  
sideria mala subjiciat, ut ex ipsis actibus  
nostris, qui si habitator noster, et cuius in  
nobis fiat voluntas, appareat.

Functtiones, quas in vita activa  
justitia, temperantia et fortitu-  
do adimplent. Relatio harum  
virtutum, cum prudentia, quae  
est quarta virtus cardinalis.

23. Hic est ordo naturae atque justi-  
iae, quem qui tenere voluerit et observa-  
re perfectionem vitae actualis implebit. Cui  
actuali vitae tres illae virtutes (de quibus  
quae dicenda visa sunt Deo donante, dixi)

---

[50.] Proficiat, ad perfectionem. Corinh  
III. 8.

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO 219  
proficiunt: siquidem temperantia, et animi  
fortitudo, atque justitia, spitalis est actio,  
sine qua nihil omnino valet illa, quae ad  
prudentiam videtur pertinere, cognitio; quia  
nihil nobis proderit implenda didicisse, ni-  
si ea quae didicimus, studeamus implere.  
Ergo vis animi, quae in appetitum ratio-  
nemque dividitur, ad perfectionem bonaे  
actionis implendam, cognitionemque re-  
rum latentium consequendam, his quat-  
tuor virtutibus, unde (51) ecce jam diu dis-  
seruimus, adjuvatur. Quarum tribus, tem-  
perantia scilicet, et animi fortitudine, at-  
que justitia, informatur ipse appetitus ut  
actio fiat; prudentia vero rationem, quae  
est acies mentis, illuminat: ut et ratio ap-  
petitum gubernet, et rationi appetitus obtem-  
peret. Nam virtus omnis (sicut veteribus  
placet) tribus in rebus fere versatur: qua-  
rum una est in perspicioendo, quid in qua-

---

[51.] Unde id est, de quo, vel cuius.

220 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO  
que re verum sincerunque sit (quod *prudentiae* munus est proprium, de quo loco suo videbimus); altera quae animi perturbatos affectus, quos Graeci dicunt, coercet ac temperat, ut omnes appetitiones, quas illi vocant, rationi obedientes efficiat; tercua, ut his quibus congregamur, uti velimus ad eorum salutis et nostrae plenitudinem capiendam. Quae omnia ad reliquarum trium virtutum pertinere videntur officium: e quibus temperantia et fortitudo plurimum valent in coercendis animi perturbationibus ac frenandis, quas perturbationes nonnulli passiones, alii aegritudines vocant (52). Quibus modificatis (53), et quadam temperantiae ac fortitudinis lege compositis (54), omnes virtutes in homine

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO 221  
suo creatori subjecto sine ullis vitiorum contradictionibus regnant.

Justitia, socialis est virtus: illa nos obligat, semper bonum in genere, quam benefacta particularia pretendere. Illa non amore quietis contemplationae fruendi, a publicis operibus nos avertet, quibus est causa bene operandi erga allies.

24. Justitia vero, qua fiunt justi qui eam fuerint operati, socialis quaedam virtus accipitur, eo quod ipsa beneficiis, quae aliis praestat, augetur. Quis enim non eo ipso proficit, quo proficere alium cupit? Quis non misericordem sibi Deum facit, qui misericors erga labrantes vel errantes extiterit? Aut quomodo non augebit in se om-

[52.] *Quomodo cumque, vitundae sunt.*

[53.] *Modificare et Modificari, id est, Reglare, Gubernare.*

[54.] *Componere, seu Submitere.*

nia bona sua, qui ea non solum non invidet habentibus, sed etiam non habentibus, in quantum potest, divinitus inspiratus imperit? Ex quo videndum est utrum juste faciant illi qui, se removentes ab occupacionibus cunctis, ac studiis spiritualibus offerentes, nihil humanae societati proficiunt; et desideria sua commodis omnium praeferrentes, utilitatem communem desideratae vocationis (55) electione contemnunt: cum profecto laborantibus opem ferre nolle, cum possis, et, communi bono posthabito, otiosa quiete frui velle, nihil abeat aequitatis. Cui aequitati qui serviunt, omnes omnium bono vivunt, ac velut sibi invicem nati, salutem mutuam tuentur ac diligunt. Ac per hoc, contra justitiam faciunt hi qui merito suae conversationis (56) vel eruditionis electi,

[55.] *Vocationis, Subintelligendo à munere pro otii.*

[56.] *Conversatio, Cum hominibus commercium.*

otiosum studium fructosae utilitati regenda multitudinis anteponunt; et cùm possint laboranti Ecclesiae subvenire, operosae administrationis labore, fruendas quietis contemplatione refugiunt.

Dignitates ecclesiasticas nec petere nec recusare oportet. Vita contemplativa suavitatem infundit; vita autem activa multiplices affert fructus, utramque nullo modo inter se oponuntur.

25. Sed quoniam sunt multi qui se impares tantae sarsinae norunt, tales juste se, etiam quæsiti, non offerunt: ne videantur non ecclesiasticos labores velle suscipere sed honores ambiere, cùm dignitas ecclesiastica nec ambienda sit nec ditanda. Qui ve-

224 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO  
ro praeesse et prodesse populis possunt, si  
quaesiti non fuerint, justo se ipsos persi-  
piendae sapientiae studiis tradunt. Ve-  
runtamen si et illi qui lueris per se profi-  
cientium crescent, et isti qui in se ipsis sub  
Deo suo sapientiae spiritualis perceptione  
proficiunt, in propositio suo per raneant;  
itineribus quidem diversis idcedunt, sed ad  
unam patriam tendunt, et ad unum regnum,  
disparibus militantes officiis, Christo Rege  
omnium vocante, perveniant. Quis enim  
nescit quod, sicut otium studiosum inefabi-  
lem suavitatem sapientiae coelestis infun-  
dit a carnalibus otioso; ita spiritualis occupa-  
tio laborum sactorum multiplices affert  
fructus humanae societatis utilitatibus occu-  
pato? In ipsis quoque studiis spiritualibus  
quantum possint ecclesiastici viri proficere,  
quis sufficienter emeret? cum et inferiores  
docendo, se ipsos exerceant, et conferendo  
cum aequaliter erudites, cautiore in pluri-  
bus fiant; et ab eruditioribus audiendo, ma-

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO. 225  
le sibi persuasa deponant, recta firmius te-  
neant, occulta cognoscant, et confirmentur  
in eis quorum dubii (57) fluctuabant?

Sed quoniam disputationis ordo depositit  
ut etiam de prudentia, quae principalis vir-  
tus quarta ponitur, pauca dicamus, de jus-  
titia sufficient ista quae diximus.

Prudentia vera, sine sapientia  
esse non potest. Intima unio  
inter duas istas virtutes.

26. Prudentiam et sapientiam plerique in  
indagatione veri et inventione constituant.  
Credo propterea quod nec sapiens recte di-  
ci possit, cui prudentia; nec prudens, cui  
sapientia deest. Quapropter, si nihil aliud  
prudentiae ac sapientiae munus accipitur,  
nisi inquisitio et comprehensio veritatis; qui

[57] Dubii, id est, de quibus dubitantes  
vel dubiam mentem habentes.

veritatem prudenter quaerere, et sapienter invenire potuerit, is prudens, is sapiens iure vocabitur. Hoc ideo praemiserim, ut quidquid de prudentia fuerit disputatum, id totum etiam de sapientia dictum possit intelligi; quia ita sibi hae duae virtutes implicatae sunt et unitae, et ita quaelibet eorum sine altera non potest esse, ut nec imprudens sapientia, nec insipiens possit dici prudentia (58). Si ergo tota humanae vitae perfectio in actioni et cognitione consistit: si rur impleri actionem temperantiae ac fortitudinis, justitiae consummatione probavimus; ita cognitionem rerum provenire consecutione prudentiae comprobemus.

[58] Horac. ait: insaniens sapientia, propositio Pomeri vera etiam est in sensu christiano, quo hic sumitur.

### Effectus boni, qui a prudentia et sapientia producuntur.

27. Cognitio rerum, quae de prudentiae ac sapientiae fonte confertur, spirituales omnes a carnalibus vitiis defaecatos illustrat; et ab omni delectatione noxiae curiositatis aversus, desiderio contemplandae veritatis inflamat: ut humanarum rerum divinarumque scientiam consecuti, prudentes ac sapientes veraciter fiant, prospiciant imminentia mala simul et caveant, nec putent ulla esse mala, nisi ea quae malos efficiant; nec eis ullae perturbationes, velut ignarisearum, modestiae (59) aliquid aut tranquillitatis excutiant, inter fallentia et solida bona discernant; nihil in hoc mundo casu aut injuste, sed omnia Deo volente aut permi-

[59] Modestia seu ut frequentius, moderatione.

ttente, fieri prudenter accipient (60); aliter intelligentes aut doceant sapienter, aut arguant; dolores varios ac diversas infirmitates, quae mortaliter viventes afflidunt, non semper peccatis praecedentibus sequi, sed plerumque ex ipsa conditione mortalitatis accidere corruptibiliter natis intelligent; et scientes se non damnari adversis praesentibus, sed probari, ex ipsa tolerantia passionum occasionem comparandae sibi patientiae viriliter agentes arripiant; nec ipsi aliis noceant, nec sibi nocere permittant.

Prudentia ut virtus considerata, non est nisi salutis causa. Astutia autem, non est de prudentia, quia perditionis causa est.

28. Tales Dominus in Evangelio fieri

[60] Accipere, synoni⁹num de intellegere.

praecepit dicens, *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae:* quia nec simplices circumvenire aliquos possunt, nec prudentes se circumveniri permittunt. Ceterum si in contractu quolibet, sibi in colloquio, vel malia quaque re se decipi quisque non sinat, et alium tamen ipse decipiat: iste non habet prudentiam, quae salutis magis quam perditionis est causa, sed simulat. Quoniam quidem hōc virtus a vitio distat, quod illud corrumpt salutem, haec sanat vitii accessione corruptam: ac sic, aut omnibus, quibus potest, prodesse festinat veraciter prudens, ut ejus meritis omnium qui per eum Deo acquiruntur, fructus accrescat; aut, si cogitat de perditione cuiuspiam, vel de casu pereuntis exultat, necesse est ut prius pereat ipse quam alium perdat, et ab ipso ea perditio, qua perire alium cupit, iincipiat.

Prudentia nostra, in via adhuc  
errori subjecta est.

20. Hi ergo qui, prudentiae participa-  
tione prudentes effecti. Deo suo non pedi-  
bus, sed sanctis moribus appropinquant, ex  
ea parte qua sunt Dei dono prudentes, nec  
suo perire possunt, nec alieno peccato; ex  
eo autem, quod nequita ita est eorum per-  
fecta prudentia, sicut in illa vita erit, ubi  
perfecte viventibus ullus error obrepere  
omnino jam non poterit; etiam prudentes  
aliquoties peccatis fallentibus acquiescent;  
non voluntate depravati, sed humano erro-  
re, ut homines, lapsi; nec adhuc tota pruden-  
tiae ac sapientiae perceptione perfecti, sicut  
ibi erunt, ubi neq; ignorare aliquid, nec pe-  
ccare jam poterunt.

Quare Psalmista orans, ait: *Ab  
occultis meis munda me, Domine.* Gratia quae per ora-  
tionem obtinetur, est sola, quae  
ab errore nos liberat, sicut et  
ab allis infirmitatibus nos-  
tris.

30. Hic vero, si potuisset a peccato recte  
factum perfecte discernit nunquam se ab oc-  
cultis suis oraret ille mundari, qui ait(61),  
*Ab occultis meis munda me, Domine, et ab  
alienes parce servo tuo.* Quibus verbis satis  
ostendit quod illi quoque, qui sancte per do-  
num sancti Spiritus vivunt, tamen propter  
reliquas infirmitates, humana s, quas tra-  
hant, sive scientes, sive nescientes, aliquo-

232 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO  
ties aut su pecato cedunt, aut alieno con-  
sentient. In hac igitur vita, ubi aut volun-  
tate, aut errore, aut infirmitate peccatur,  
quicumque divinitus adjuti voluntate non  
peccant, utique irreprehensibiliter vivunt.  
Sed quia potest eos error aut infirmitas pec-  
catis involvere, ab illo se illuminari fideliter  
postulent et sanari, cui exsultans ille clama-  
bat in Spiritu, dicens (62), *Dominus illu-  
minatio mea, et salus mea, quem timebo?* ut  
cum illuminatio, per donum prudentiae ac  
sapientiae collata, detraxerit caecitatem, et  
sanaverit per gratiam Dei salus refusa lan-  
guorem, tunc mens illuminata divinitus et  
sanata, nec in eis quae cavenda vel appen-  
tenda sunt, humano decipiatur errore, ut  
aut pro veris falsa defendat, aut pro falsis  
vera rejiciat; et sine ullo infirmitatis obsta-  
culo bonum quod elegerit implere praevale-  
at.

[62] Ps. XXVI, 1.

VIRTUTUM CARDINALIUM EXP. SITIO. 233

Scientia nostra non erit omnino  
perfecta, nisi in patria.

31. Sed alia est salus hujus vitae, qua  
mortaliiter vivitur; alia illius, ubi mortale  
nostrum immortalitate donabitur; et aliter  
salvi facti sumus in spe, aliter salvi erimus  
in re. Hic ita salvi facti sumus, ut adhuc  
perire possimus; ibi quicumque salvus fue-  
rit, perire ultra non poterit; ac per hoc,  
scientia quae cognitionem rerum nobis in  
hujus saeculi nocte viventibus praestat, ple-  
nitudini futurae collata, pars scientiae est  
credenda, non tota. Propter quod dicit sanctus Apostolus (63), *Ex parte enim scimus,  
et ex parte prophetamus; cum autem venerit  
quod perfectum est, evacuabitur quod ex par-  
te est.* Hic evacuari asserit (64) consumma-

[63] Ap. 1 Corinth. XIII, 9 et 10.

[64] Aserit, pro exprimit, significat.

ri: quoniam quidem pars scientiae, quae est perficienda, perfectis non evacuanda est, sed implenda. Proinde ubi erit omnium fidalium catholicorum salus plena, corruptibilitas nulla, et immortalitas beata, ibi erit prudentiae ac sapientiae perfectio vera, et rerum omnium cognitio tota, quando scientia ad perfectum fuerit partis evacuatione perducta.

Post virtutum cardinalium expositionem, autor quaestionem de pationibus statuit. Omnino eam non ventilat, sed sua principalis intentio fuit: veterem errorem quorundam philosophorum conterere. Dicebant enim, timorem, deciderium, aliasque hominis passiones, animae in-

firmitates esse, et ideo cum virtute incompatibles. Sed è contra, passiones quaedam sunt bonae. In Apostolis et Prophetis inveniuntur, et in sacra scriptura laudantur.

32. Videamus nunc quid diligentia disputationis inveniat etiam de quattuor affectionibus (65), quas *vitia* esse stultitia sapientium mundi hujus existimat. Nam si

[65] *Affectiones*, seu ut frequentius, *affectus cum*, seu in *animo*: *passiones de pati dicuntur*; *anima enim sine pationibus timoris decideri &c. in perfecto statu quiccsit*. Plurimi sectari philosophi principaliter Stoici has *affectiones* nominabant, *animi perturbationes*, ut *contrariae et incompatibilis virtuti*, id est, ut *vicia*.

236 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO.  
timere, ac dolere cupere, vel laetari omnino  
non possent nisi peccatores aut perdimi, recte  
non effectus aliqui possent dici, sed morbi.  
At cum tales animorum motus inveniantur  
in sanctis apostolis et prophetis, quis ita de-  
sipiat, ut eos vitia credat, ex quibus Deo  
placuerunt illi qui vitiis plus quam ceteri  
homines restiterunt? Itaque Paulus aposto-  
lus (66) de timore sic loquitur: *Timeo autem  
ne, sicut serpens seduxit Eam sua astulia,  
sic et vestri sensus corrumpantur* [67] *a casti-  
tate, quae est in Christo.* Idem de cupiditate  
fiducialiter dicit (68), *Cupio dissolvi, et esse  
cum Christo.* Sed et de tristitia, quam ali-

[66] II Corinth. XI, 3.

[67] *Corrumpantur, id est, per corrup-  
tionem alienentur a.....*

[68] Philipp. III, 23 *Verbum fiducia-  
liter est de christiano modo loquendi, profani,  
fidenter, seu confidenter dicunt.*

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO. 237

dolorem appellant, idem vas electionis (69)  
et doctor gentium ait (70): *Quia tristitia  
magna mihi est, et continuus dolor cordi meo  
pro fratribus meis qui sunt cognati mei secun-  
dum carnem.* Sed et de laetitia ad Romanos  
scribens (71), cum dixisset, *Vestra obedientia  
in omnem locum divulgata est Gaudeo,* inquit,  
*de vobis.* Sed volo vos sapientes esse in bono,  
et simplices in malo. Hunc timorem vel do-  
lorem, hanc cupiditatem, hoc gaudium qui  
reprehendere voluerit, ipsum reprehendit  
Apostolum, qui per tales affectiones non  
solum Deo placuit, sed etiam quosdam in-  
ter criminosos, quod essent sine affectu,  
culpavit. Sed et propheta (72), dicendo,  
*Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi;* et

[69] Act. II, 15.

[70] Rom. IX, 2.

[71] Rom. XVI, 19.

[72] David. Ps. CXXI, 1.

ex persona Domini (73), *Sustinui qui simul mecum contrastaretur, et non fuit, talem laetitiam tristitiamque commendat.* Cūm vero aliis (74) dicit, *Timor Domini expellit peccatum; et (75), Concupiscentia sapientiae perdueit ad regnum;* non solum non reprehendit, sed etiam laudat spiritualis concupiscentiae et divini timoris affectum.

Per passiones ipsas, quae in anima nostra sunt, non peccamus, sed per ejus abussum. Refutatio de Stoicorum doctrina.

33. Non ergo has affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus: quia hu-

[73] *Ps. LXVIII, 21. Sustinui, resperi cum qui.....*

[74] *Ecclesiasticus I, 27.*

[75] *Sapient. VI, 21.*

manorum affectum propetas, hominis indicat naturam; qualitas, bonam vel malam significat voluntatem; ac sic, motus hi qui in hominibus affectiones sunt, iidem ipsi in bene utentibus virtutes, et in male viventibus passiones, sive perturbationes, aut, ut quidam volunt, aegritudines fiunt (76). Nec audiendi sunt Stoici, qui eas penitus eradicari posse et debere contedunt: quoniam omnino nullus est sensus, ubi timendi, vel dolandi, cupiendi, sive gaudendi nullus invenitur affectus. Denique quasi et ipsos poeniteret suae sententiae, excepta tristitia, quam cadere in sapientis animum negant, reliquos affectus, nominibus immutatis, inesse sapientibus dicunt: cautionem protimore, pro laetitia gaudium, et voluntate pro cupiditate ponentes. Quasi sapiens non timeat, sed caveat; et velit, non cupiat;

[76] *Hoc jam amplius ventilatum fuit à Cicerone in 3º et 4º lib. illius Tusculan.*

nec laetetur in hac vita, sed gaudeat (77). Non autem credant ejus contristari animum, quod tristitia, quae accidere solet ex commisso peccato, sapientem, quem putant nullum habere peccatum, stimulare non possit aliqua recordatione peccati. Quod esse vanissimum, Dominus noster secundum carnem natus ostendit, qui et tristis fuit, et flevit (78); nec tamen ea tristitia, qui tristis fuit, ei ex peccatis suis accessit, qui sine peccato conceptus et natus, non solum non peccavit, sed etiam peccare non potuit.

[77] *Inter letitiam et gaudium differuntia, sic à Cicerone expresa fuit: Quum ratione animus movetur placide et constanter, tum illud GAUDIUM dicitur; quum autem maniter a effuse animus exsultat tum illo LAETITIA gestiens, vel nimia dici potest, (Tusec. IV, ch. 6).*

[78] *Vid. Matth. XXVI 37. Lue. XIX, 41. Joann. XI 35.*

Actio cuiusdam philosophi greci, qui Stoicorum opinionem refutavit. Duo species timoris a sacra scriptura distinguuntur, quas confundiri non debent.

34. Ut autem de suis quoque litterisistorum revincent r inopiae, qui putant sapientem contristari vel dolere non posse, legant illud quod eorum doctissimus (79) ait: «Nam omnino non dolere, non sine magna mercede (80) contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore (81).» De timore

[79] Crantor, philos. grec, de nova academia de qua Cicero habuit verba, Tuscul. III. cap. 6. § 12.

[80] Merces, tanquam pretium, sic diciatur aliquoties, in malam partem.

[81] Cicero ait: Animi duritiam, sicut corporis, quod, quum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem puto.

autem quem illi ponunt in malo, Scriptura nostra loquitur (82), dicens, *Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi*. Sed quod vere fatendum est, ab illo alio timore poenali distinguitur, de quo dicit Apostolus (83), *Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem*: quia ille pecare volentes deterret a malo, et invitatos tenet in bono; iste autem, de quo dicit propheta (84), *Qui sine timore est, non potest justificari*, magis incremento charitatis ugetur; et aliter quis timet, ne malum quo puniatur incurrit; aliter, ne bonum quo delectatur amittat. Non igitur omnis timor haberi debet in vitio, sed ille tantum, de quo scriptum est (85), *Quia timor*

[82] Ps. XVIII, 10.

[83] S. Joann. I. Epis. IV, 18.

[84] Eccles. I, 28.

[85] I Joann. 18.

*poenam habet*. Ceterum iste de quo dicitur, *Timor Domini expellit peccatum*; et, *Qui sine timore est, non potest justificari*; et, *Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi*: non est inter vitia numerandus, sed potius intelligendus est vitiis inimicus.

Distinctiones subtile, quas Stoici, inter verba passiones designantes, faciunt; idiomati communi contraria sunt.

35. Jam illud quod dicunt, "Boni volunt, mali cupiunt;" vel, "boni gaudent, mali laetantur:" quis sanae mentis admittat? imo quis sana mente non redarguat? cum et Scriptura nostra hominem malae voluntatis increpet dicens (86), *Noli velle mentiri omne mendacium*; et Tullius orator

[86] Eccles. VII, 14.

amplissimus cupiditatem ponat in bono, ubi dicit (87); "Cupio, patres conscripti me esse clementem;" et apud illos Virgilius (88) gaudium vituperet, dicens, HINC METUUNT, CUPIUNTQUE, DOLENT, GAUDENTQUE; item cum in malum malae mentis gaudia, et apud nos laetitia ponatur in bonum, propheta dicente (89), *Laetamini in Domino, et exultate justi.*

**Passionum objecta, sunt tantum,  
quæ eas laudabiles vel odia-  
biles faciunt.**

36. Proinde omnes justi et tota morum

[87] *1<sup>a</sup> Catil. cap. 2.*

[88] *Virg. En. VI, 733. Ubi Poeta lo-  
gutus est de eaducitate quam animae habent,  
interim in corporibus mortalibus sunt. et  
etiam ait: Neque auræ dispiciunt, clausæ te-  
nebris et carcere coeco.*

[89] *Ps. XXXI, 11.*

sanctitate perfecti, sine aliquo Stoicorum distinctione superflua, timent et carent, volunt et cupiunt, laetantur et gaudent, contrastantur et dolent, sed interest multum quid timeant aut caveant, velint aut cupiant, unde laetentur aut gaudeant, contrastentur aut doleant. Metuunt haereditatem regni coelestis amittere; cupiunt ad coelestem patriam pervenire; dolent tentati, gaudent de temptationibus liberati: ac per hoc, recta mens rectos hos habet affectus, perversa perversos.

**Laudatio S. Agustini, cuius au-  
toritatem, Pomerius invocat.**

37. Sanctus Augustinus episcopus, acer ingenio, suavis eloquio, soecularis litteratu- rae peritus, in ecclesiasticis laboribus oper- sus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione compositus (90), in expo-

[90] *Id est, De se possessus, gravis, cal-*

246 VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO.  
sitione fidei nostrae catholicus, in quaestioni-  
bus absolvendis acutus, in revincendis hae-  
reticis circumspectus, et in explanandis  
Scripturis canoniciis cautus; ipse ergo, quem  
in his libellis pro possibilitate secutus  
sum, hanc quaestionem, de qua agitur, hoc  
modo determinat, dicens (91), "Hi motus,  
hi affectus de amore boni et de sancta cha-  
ritate venientes, si vitia vocanda sunt, si-  
namus ut ea quae vere vitia sunt, virtutes  
vocentur. Sed cum rectam rationem se-  
quuntur istae affectiones, quando ut oportet  
adhibentur, quis eas tunc morbos seu  
vitiosas passiones audeat dicere?" Quas  
affectiones ut ex mortalitatis conditione no-  
bis inesse monstraret, et huic vitae nece-  
ssarias, non futurae, post oliquanta idem  
docto adjungit, et dicit (92), "Etiam cum  
matus, non in passione operosus.

[91] In civ. Dei XIV, cap. 9. § 3.

[92] Ibi, § 4.

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO. 247  
rectas et secundum Deum habemus has  
affectiones, hujus vitae sunt, non illius quam  
futuram speramus."

Si susceptibiles de passionibus  
non fuissetsemus, in vita terres-  
tri objectum spirituale non  
cognoverimus. Quod est de  
vita futura. Ubi, ait auctor,  
passiones sine objecto erunt,  
Timor et charitas inseparabi-  
liter permanebunt.

38 Ac sic nisi ex conditione nostrae  
infirmitatis nobis inessent affectus isti, nun-  
quam, plerunque dolendo vel flendo, eis  
cederemus inviti. Sed idcirco eos huic  
necessarios vitae sentimus, quia in hac  
mortalitate sine eis omnino recte non vivi-  
mus: quando, si non timeat quisque vel ca-

248. VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITI  
veat, ne aut ipse, quamdiu mortaliter vi-  
vit, aut aliis quem in Christo diligit, a fi-  
de sua deficiat; si nec de suo, nec de pro-  
ximi sui peccato contristetur, nec doleat,  
deprofectu laetetur aut gaudeat si nihil  
boni vel mali cupiat; non solum recte non  
vivit, sed etiam sensu ipsius humanitatis  
amittit. In illa autem vita beata, ad quam,  
consumpta omni corruptibilitate ac mor-  
talitate, perveniunt quicumque ibi futuri  
sunt, ubi nec fletus ullus potest esse nec ge-  
mitus: habebunt omnes sancti amorem per-  
fectum, timorem nullum, et gaudium sem-  
piternum. Ibi (eis) erit voluntas recta, cu-  
piditas nulla, quoniam fruendo coelestibus  
bonis, ad quae perveniri cupiebant, nihil  
eis deerit quod ulterius concupiscant, et  
in illa regione perpetuae securitatis ac pacis  
perfecte beati, nec timoris stimulus passu-  
ri sunt, nec doloris. Sed timor ille, nun-  
quam charitas foras mittit (93), sed quem

[93] Joann IV 18.

VIRTUTUM CARDINALIUM EXPOSITIO. 249  
charitas nutrit, ideo fortassis in seculum  
saeculi permanebit, quia in saeculum sae-  
culi permanebunt illa, ad quae timor ipse  
perduxerit.

Quomodo virtutes quattuor cardi-  
nales, in altera vita erunt,

39. Porro illae virtutes quattuor, de qui-  
bus pauca perstrinxit, etsi ibi erunt, lon-  
ge tamen alio modo quam in hac vita sunt,  
ubi contra vitia sine intermissione conflu-  
gunt, et pro ipso aincipiti dubiae concerta-  
tionis eventu, modo negligentes, qui sibi  
nolunt obedire, destituunt; modo ad alias,  
quibus displicent sua peccata, vel accedunt,  
Deo miserante, vel redeunt. Nam ibi etsi  
erit temperantia, non ut desideria mala vel  
vitia refrenet aut vincat; sed ut eos, quos  
hic ab intemperantiae morbo impugnante  
defendit, ibi perficiat: ut ex omni parte

perfectis praemi sui beata perceptio perfecte sufficiat.

**De re ipsa continuatio. Gau-**  
**dium de scientia perfecta, nec**  
**non de viso Deo creatore.**

40. Ibi erit et animi fortitudo, non ut aliqua mala propulset, aut aequanimiter ferat, sed ut sine ullis malis beatos fortiter in aeterno bono contineat. Ibi in omnibus perfectis erit perfecta justitia, non ut inter virtutes discernat et vitia, ubi nec ipsa erunt jam corpora vitiosa; sed ut perfectis praemia tribuat sempiterna. Qnod tunc fiet, quando omne concupiscentia carnali consumpta, nec adversus carnem spiritus, nec caro adversus spiritum concupiscat (94); sed animus Deo subjectus, cum carne sibi subjecta in pace sempiterna regnabit, et Creatori suo in aeternum feliciter

adhærebit. Jam prudentia, quae hic quoque habetur clara, ubi in aenigmate (95) quodam prudentes illuminat, qualis ibi erit, ubi veritatem perfectis, quos hic ejus inquisitio delectabat, sine ullis figuris fallentibus demonstrabit! ut prudentiae ac sapientiae plenaria (96) perceptione divinitus illustrati, omnia illa quae hic perfecte cupiebant nosse, nec poterant, sine ullo impedimento corruptionis ac mortalitatis agnoscent; et non solum creaturarum omnium rationes, sed etiam ipsam sui Creatoris eminentiam facie revelata consipient.

[94] Allusio ad Galat. V, 17.

[95] Corinth. XIII, 12.

[96] Id est, completa; illud affectivum in libris S. Agnustini invenitur.

INDEX RERUM QUÆ  
IN HOC PRIMO TOMO IMVENIUNTUR.

PAGINAS.

I Catechismum S. Augustini.....	1
II Orationis Dominicae explicatio...	11
III De Oratione.....	52
IV De S. Pauli vita, primi eremitae.	68
V S. Antonii verbum ad Didimum, de sua caesitate arguens.....	98
VI SS. Laurentius et Sixtus.....	100
VII S. Ignatii Martyrium.....	106
VIII Exempla potentiae martyrum.....	110
IX Relatio Pauli de sua egritudine, neconon de sua curatione.....	124
X Vulpes. malorum christianorum heretorumque emblema.....	130
XI Rosa. Vitæ humanæ emblema...	134
XII Agnus.....	136
XIII Cicada.....	142
XV Columba Christiani exemplum...	145
XVI S. Genesius.....	148
XVII Oratio S. Cipriani panegyrica.....	156
XIIX Alia S. Cipriani panegyrica oratio	160
XIX Machabeorum et S. Eusebi Verce- llensis episcopi panegyricus.....	168
XX Virtutum Cardinalium expositio, neconon de passionibus quaedam quaestiunculae.....	182.

NUEV  
LIOTE

